† C. PASCAL, ALOISII CASTIGLIONI

CORPUS SCRIPTORUM LATINORUM
PARAVIANUM

N. 38.

EX OFFICINA REGIA
I. B. PARAVIAE ET SOC.
AUGUSTAE TAUR.

CAESARIS AUGUSTI IMPERATORIS

OPERUM FRAGMENTA

ITERATIS CURIS COLLEGIT, RECENSUIT,
PRAEFATA EST, APPENDICEM CRITICAM ADDIDIT

HENRICA MALCOVATI

IN AEDIBUS IO. BAPT. PARAVIAE ET SOCIORUM

AUG. TAURINORUM-MEDIOLANI-FLORENTIAE-ROMAE-NEAPOLI-PANORMI

MCMXXVIII

EDITIO SECUNDA

Torino — G. B. PARAVIA & C.
608 (B) 1927. 11538 (15715).

PRAEFATIO EDITIONI SECUNDAE

Anno 1921, ne duobus quidem mensibus postquam mea huius operis editio in lucem venerat, Robertus Paribeni in ephemeridibus, quae Rivista di Roma *appellantur, nuntiavit repertam esse Cyrenis in stela marmorea inscriptionem quandam centum fere quinquaginta versibus complexam litteras imperatoris Augusti ad rem iudiciariam pertinentes. Cum igitur alteram huius libelli editionem curandam animo suscepissem ad eamque rem omnes curas iam tum contulissem, tandem aliquando inscriptio ea, post varios casus vicissitudinesque, edita est in quarto commentariorum volumine, qui* Notiziario archeologico del Ministero delle Colonie *inscribuntur: quo circa, non sine aliquo virorum doctorum commodo, hunc libellum iterum in lucem edi posse perficique vetus illud consilium mihi visum est. Interim autem innotuerunt fragmenta tertii* Rerum gestarum *exempli, quae Antiochiae, in urbe Pisidiae, reperta primus W. M. Ramsay ediderat in* Journal of roman studies, VI (1916); *quibus vero fragmentis cum in priore editione propter difficultates temporum uti mihi non licuisset — vixdum enim incendium illius belli exstinctum erat, quo totus fere orbis terrarum conflagraverat neque tum temporis commodum erat libros apud exteras nationes editos sibi comparare —, novissime alia eiusdem Monumenti Antiocheni fragmenta reperta sunt, quae D. M. Robinson*

prior in American Journal of Philology, XLVII (1926), *tum W. M. Ramsay et A. v. Premerstein in* Klio, Beiheft XIX (1927) *ediderunt.*

Qui igitur nunc prodest iteratis curis libellus omnino ab illo priore mutatus est: totum enim, quibusdam mendis, in quae prius incideram, sublatis, retractavi valdeque auxi, et litterarum monumentis, quae his annis reperta sunt, et omnibus Augusti edictis et decretis, quae quidem certae fidei ad nos pervenerunt, eorumque testimoniis, quae perierunt, additis atque in appendicem dictis et apophthegmatis eius collectis, quae veteres scriptores tradiderunt; quo plenius clariusque illius viri adumbraretur imago, qui tot sustinuit et tanta negotia solus, res Italas armis tutatus est, moribus ornavit, legibus emendavit, cui viventi divinos Romani largiti sunt honores,

« nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes ».

Scripsi Ticini, mense septembri a. MCMXXVII.

HENRICA MALCOVATI.

PROLEGOMENA

Imperatoris Caesaris Augusti scriptorum reliquiae nondum in unum collectae atque illustratae integre editae sunt: primus enim, quod sciam, id cepit consilium JANUS RUTGERSIUS in variarum lectionum libris (Lugduni Batavorum 1618) nec absolvere potuit morte occupatus. Imperfectum autem perque rarum atque vetustum est FABRICI opus, quod duobus prope saeculis ante Hamburgi in lucem datum est: *Imp. Caes. Augusti temporum notatio, genus, et scriptorum fragmenta. Praemittitur Nicolai Damasceni liber de institutione Augusti cum versione Hug. Grotii et Henr. Valesii notis, curante* IO. ALBERTO FABRICIO (Hamburgi 1727).

Postea in Augusti scriptorum reliquias colligendas operam dedit easque in duas distribuere partes constituit WEICHERT, doctissimus vir (*Imp. Caes. Aug. scriptorum reliquiae*, Grimae 1846): in extremo autem prioris partis excursu (*de Caesaris Augusti amoribus et matrimoniis*) perpoliendo occupatus, cum de Scribonia disputationem absolvisset, subito inter scribendum apoplexia correptus animam efflavit, neque opus ad finem perducere potuit, cuius prior tantum pars edita fuit.

Weicherto autem mortuo, singulis Caesaris Augusti scriptis singuli viri docti operam dederunt: nemo vero ea omnia persecutus est atque in unum collegit volumen, ex

quo iudicari posset qua doctrina humanitateque princeps ille in republica vir imbutus esset quidque in litteris valuisset ac profecisset. Quod munus cum ego suscepissem atque Caesaris Augusti scripta quae supersunt colligere eaque cum virorum doctorum ope tum mea ipsius opella, quantum possem, illustrare constituissem, pauca in universum de eius litterarum studiis praefanda iudicavi, singillatim postea eius scriptorum reliquias percensura.

Primum igitur hoc lectores monitos volo, optima eum et puerum et adulescentem institutione usum esse: parentes (1) enim eius et praeclarus avunculus, qui summa cura ac diligentia eius praefuit educationi curavitque ut mature humanitatis litterarumque studiis imbueretur, domesticam institutionem publicae praetulisse videntur eumque optima magistrorum philosophorumque maxime graecorum disciplina erudiendum curaverunt; Sphaerus (2) enim et M. Epidius (3) et Apollodorus Pergamenus (4) et Arius Alexandrinus (5) et Athenodorus

---

(1) De eius patre C. Octavio, optimo gravissimoque viro, equestri familia genito, vide, quaeso: Vell. II 59, 2, Suet. *Aug.* 3; DRUMANN-GROEBE, *Geschichte Roms* IV (Leipzig 1910) p. 245 sqq.

(2) Dio. Cass. XLVIII 33, 1. Vide: A. HILLSCHER, *Hominum litteratorum Graecorum ante Tiberii mortem in urbe Roma commoratorum historia critica*, in: « Jahrbücher für klassische Philologie » 18 Supplementband 1892, p. 384.

(3) Suet. *de gramm. et rhet.* 26 p. 124 REIFFERSCHEID.

(4) Hieronymus, *ad chronic. Eusebi*, ad a. Abr. 1953 = 691/63: *Apollodorus Pergamenus, graecus orator, praeceptor Callidii et Augusti, clarus habetur* (De hoc Hieronymi testimonio vide: DIELS, *Doxographi graeci* (1879) p. 84); Quint. *inst. or.* III 1, 17; Suet. *Aug.* 89. Cfr. A. HILLSCHER, *o. c.* p. 393.

(5) Suet. *Aug.* 89. De Ario philosopho, Augusti contubernali, fusius accuratiusque disputavit DIELS, *o. c.* p. 81 sqq. Cfr. E. ZELLER, *Die Philosophie der Griechen*[4], III 1 (Leipzig 1909) p. 635 sqq.

Tarsensis (1) praeceptores eius fuerunt eumque varia eruditione ornaverunt. Quam ob rem non est mirandum eum in omni litterarum genere aliquod sui documentum dare potuisse; quamquam in nullo magnum evasisse vestigiumque eum fecisse fatendum est. Poëticam enim, ut infra fusius explicabimus, summatim animi causa attigit, sed nihil nobis servatum est, si duo parvi pretii epigrammata excipis; orationes, ipsa rerum suaeque dignitatis necessitate coactus, plures et apud populum et apud milites et in senatu habuit, quarum, quamvis de scripto Augustus recitare soleret posteaque in publicum quae dixisset evulgare, nihil aliud ad nos pervenit praeter laceras exiguasque reliquias. Idem fere de commentariis accidit, quos Augustus sui excusandi atque defendendi causa scripsit, quorum quae nobis servata sunt fragmenta satis ostendunt eum minime rerum veritati obsecutum esse, sed eas et exornasse et mutasse et auxisse, quasdam autem negasse, quasdam deformasse aut vario modo colorasse. Superest vero ex Augusti historicis operibus integrum fere et latine et graece monumentum Ancyranum, hoc est ille index rerum gestarum, qui iure ac merito a Th. Mommseno *regina inscriptionum* appellatus est, de quo fusius infra nobis est dicendum. Porro ut ceterarum artium, sic philosophiae quoque haud ignarus haberi Augustus voluit atque *exhortationes ad philosophiam*, Ciceronis fortasse exemplum secutus, scripsit; item quaestionem de Catone, qui Uticae, ne libertatis

(1) Strab. *geograph.* XIV 674; cfr. Ps. Lucian. *macrob.* 21; Dion. Chrys. 33 (p. 16 Dindorf); Plutarch. *Popl.* 17, 9; Aelian. *varia historia* XII 25; Dion. Cass. LII 36, 4; Zosim. *hist.* I 6. Idem haud dubie fuit quem Cicero (*ad Att.* XVI 11, 4; 14, 4) Athenodorum Calvum appellavit: vide Pauly-Wissowa, *Real-Encyclopädie der classischen Altertumswissenschaft*, II 2 (Stuttgart 1896) p. 2045. Cfr. E. Zeller, *o. c.* p. 607; C. Cichorius, *Römische Studien* (Leipzig-Berlin 1922) pp. 279-282.

interitum vita superaret, mortem sibi ipse consciverat, aggressus, haud dubie acerrimum illum veteris liberaeque reipublicae defensorem adversatus; *rescripta Bruto de Catone* composuit: quorum operum indicem tantum cognitum habemus. In geographia quoque versatus est: non modo enim orbis terrarum tabulam, quam Agrippa inchoaverat, perfecit, sed etiam geographicum idque haud parvi momenti opus conscripsit. Epistularum autem magnum fragmentorum numerum cum alii rerum scriptores, tum praecipue Suetonius, qui ipsius principis scrinia perscrutatus est, servaverunt, quae pretiosissima sunt nobis documenta, per quae illius viri animum ingeniumque penitus cognoscere possumus et interiores animi sensus perspicere. In omni denique litterarum genere Augustus ingeni vires periclitatus est neque ullam apud posteros famam se consecuturum ipse sperasse videtur, quippe qui his studiis animi atque oblectamenti tantum causa operam dedisset aliamque gloriam a prima adolescentia vehementer cupivisset ad eamque omnibus animi ingeniique viribus contendisset eamque omnino consecutus esset.

Haec in universum dicenda mihi videbantur, singillatim nunc de Caesaris Augusti scriptis expositurae.

***

POETICAM (1) summatim eum attigisse testatur Suetonius (*Aug.* 86), quibus verbis significari videtur eum nonnumquam animi atque oblectamenti causa carminibus quoque scribendis operam dedisse. Suetoni enim temporibus carmen supererat ab eo hexametris versibus

---

(1) Quod ad Augusti carmina pertinet, vide, quaeso, commentationem meam, *De Caes. Augusti poëmatis*, in ephemeridibus editam, quae « *Athenaeum* » inscribuntur, mense ianuario anni MCMXIX.

scriptum, cuius index *Sicilia* (1) erat. Cum poëticum istud Augusti nunc deperditum opus a nemine scriptorum et grammaticorum veterum praeterquam a Suetonio memoretur (2), multae fuerunt virorum doctorum coniecturae de eius argumento atque consilio: alii carmen illud censuerunt Siciliae insulae descriptionem complexum esse et eorum quae haberet miraculosa, in his Aetnam, sollemnem omnibus poëtis locum, ut ait Seneca (3); alii huic poëmati argumentum fuisse opinati sunt bellum cum Sex. Pompeio inde ab anno 712|42 usque ad annum 718|36 per intervalla et ancipiti fortuna gestum, cuius praecipua sedes Sicilia (4) fuit. Ego autem re perpensa in hanc sententiam adducor ut credam Augusti carmen ei poëtices generi tribuendum esse quod διδασκαλικόν Graeci vocant, idque Augustum Lucreti imitatione composuisse (5). Alter vero aeque modicus epigrammatum liber Suetoni aetate supererat, quae, ut Suetonius (6) ait, fere tempore balnei meditabatur: ex quo colligi licet Augustum in hoc poëmatum genere admodum fuisse promptum et ad versus ex tempore fundendos facilem.

---

(1) Suet. *Aug.* 85.

(2) Seriore aetate PETRARCA eius Augusti operis mentionem fecit, de quo vero nihil praeter indicem compertum habuisse videtur: *Rerum memorandarum* I 2, 3 (*de studio Caesaris Augusti*).

(3) *Epist.* LXXIX 5.

(4) Vide: GARDTHAUSEN, *Augustus und seine Zeit* I 1 p. 245 sqq.; DRUMANN-GROEBE, *o. c.* IV (Leipzig 1910) p. 272 sqq., 568 sqq.

(5) Id quoque veri simile censuit C. PASCAL, *Caratteri ed origine della « nuova poesia » latina nel periodo aureo* (Torino 1890) p. 48; idem fere iudicavit TH. BIRT, *Zum Aetna*, in « Philologus » 57 (1898) p. 605. Huic opinioni etiam accessit SCHANZ in tertia operis sui editione (*Geschichte der römischen Litteratur*³, IV, München 1911, p. 8), cum in prima et secunda alteram sententiam secutus esset.

(6) *Aug.* 85.

Neque hoc cuiquam mirum videbitur, qui eius naturam et indolem perspexerit: fuit enim ingenio arguto et procaci, ut ex eius apophthegmatis, quae veteres scriptores memoriae prodiderunt, satis apparet. De horum autem epigrammatum natura et argumento quidam veterum scriptorum loci certiores nos faciunt. C. Plinius Secundus (1), cum de hendecasyllabis suis parum severis ac pudicis apud Titium Aristonem amicum se excuset, Romanos profert, gravissimos viros, qui similia animi causa scripserint, in quibus divum Augustum. Quibus e verbis effici licet Augusti epigrammata petulantiora fuisse ac lasciviora; quorum exemplum nobis Martialis (2) servavit, ut suorum lasciviam ac turpitudinem excusaret (3). Alterum Augusti exstat epigramma, quod usque ad annum MDCCCLXXX ignotum primus tunc edidit Hagen in musei Rhenani volumine XXXV (4) recepitque hos versus Baehrens in anthologiam latinam (5), quippe quos rectissime omnino Hagen neque Augusto indignos pronuntiavisset et ex collectione quadam carminum, ad syllogen, quae anthologia latina vocatur, utpote omnium harum collectionum per medium aevum matrem, referenda, in codicem Bernensem manasse (6). Exstat enim in codice Bernensi 109 (7) sae-

---

(1) *Epist.* V 3, 4.

(2) *Epigr.* XI 20: vide infra p. 1 sq.

(3) Nihil est cur cum TEUFFELIO (*Gesch. der röm. Litt.* II[7], Leipzig 1920 p. 13: *ein sehr zotiges, aber kaum echtes Epigramm*) Martialis testimonio fidem derogemus.

(4) HERMANN HAGEN, *Ueber ein neues Epigramm mit der Aufschrift Octaviani Augusti*, in « Rheinisches Museum für Philologie », Neue Folge, XXXV (1880) p. 569.

(5) *Poëtae latini minores* IV (Lipsiae 1882) Nr. 122, p. 111.

(6) Id vero epigramma medii aevi haud dubitanter iudicavit TEUFFEL (ibid. *schwächliches Epigramm... wohl mittelalterlich*), neque alii defuere, qui eius fidem in dubium revocarent.

(7) LIBER $\overline{\text{SCI}}$ BASOLI CONFESSORIS $\overline{\text{XPI}}$ in foliorum 19[b] et 20[a] marginibus extremis appellatur.

culi X inter alia ex scriptoribus christianis excerpta, ex patribus potissimum Ambrosio, Augustino, etc., folio 136 notis tyronianis maiore ex parte scriptum cum hoc titulo: *Octa. aug.* (1). Etiam vero saeculo XIV Augusti et epigrammatum librum et epistularum ad amicos exstitisse adfirmavit Petrarca (2): sed eius testimonio fidem tribuere viri docti vehementer dubitant (3). In tragoedia quoque Caesar Augustus quid ingenii vires valerent periclitatus est; nam, teste Suetonio (4), tragoediam magno impetu exorsus est; non succedente autem stilo, abolevit, quaerentibusque amicis quidnam Aiax ageret, respondit Aiacem suum in spongiam incubuisse (5): quibus e verbis conici licet eum in Aiace tragoedia communem antiquitatis famam de violenta, quam sua sibi manu intulisset, clarissimi illius inter Graecos ad Troiam pugnantes duces morte secutum esse, quam etiam a Sophocle acceptam invenimus. Praeterea e Macrobi testimonio (6) constat temporibus triumviralibus fescenninos in Asinium Pollionem (7), quos versus sua natura iocosos petulantes obscenos fuisse compertum habemus, eum scripsisse,

---

(1) Vide infra p. 2.

(2) F. Petrarca, *Rerum memorandarum* I 2, 3: (*Divus Caesar Augustus*) *scripsit et epigrammatum librum et epistolarum ad amicos: conditum facetissima gravitate et luculentissima brevitate: quod opus inexplicatum et carie semesum mihi adolescenti admodum in manus venit, multum frustraque postmodum quaesitum.*

(3) G. Voigt³, *Wiederbelebung des klassischen Altertums*, Berlin 1893 p. 41; E. Bourne, *Petrarch on Augustus' Letters*, in: « The american Journal of Philologie » 41 (1920) p. 287.

(4) *Aug.* 85.

(5) Macr. *saturn.* II 4, 1.

(6) *Saturn.* II 4, 21.

(7) Temere dubitavit Teuffel (l. l.) utrum de Asinio an de Vedio Pollione apud Macrobium ageretur.

haud dubie quia intellexisset illum Antonianae factioni constanter ac pervicaciter favere; ipsum autem Pollionem, proscriptionem tum ab Augusto acerbe immoderateque exercitam metuentem, nihil rescripsisse.

Superest ut de elogio quod, quattuor et quinquaginta annos natus, Drusi privigni sui, Tiberi Claudi Neronis et Liviae filii, tumulo versibus a se compositis, teste Suetonio (1), exsculpsit, mentionem faciam; quod elogium intellegere debemus inscriptionem sepulcralem, quam versibus haud dubie elegiacis expressam monumento Drusi incidendam curavit. Sed tempus edax id quoque Augusti poëma consumpsit. De carminibus falso Augusto attributis vide, sis, commentationem meam quam supra memoravi (2).

Breviter nunc de Augusti graecis poëmatis mentio mihi est facienda. Quamquam enim apud Suetonium (3) scriptum legimus eum non tam linguae graecae peritum fuisse ut aut loqueretur expedite aut componere aliquid auderet, nonnulla tamen exstant apud veteres scriptores testimonia eum per occasionem ludumve versus graecos vel ex tempore fecisse, quos quantivis preti versus edidi ad demonstrandum non defuisse Augusto cum promptam satis linguae graecae facultatem, tum artis etiam cognitionem ex multa ac diligenti sine dubio poëtarum graecorum lectione haustam.

***

EPISTULARUM (4) reliquiae a Caesare Augusto scriptarum, quae usque ad nos pervenerunt, haud contemnendae numero, pretiosissima sunt nobis documenta, per

---

(1) *Claud.* 1.

(2) p. x adnot.

(3) *Aug.* 89.

(4) Vide: H. PETER, *Der Brief in der römischen Litteratur*, p. 97 sqq., in: *Abhandlungen der philologisch-historischen Classe*

quae summi illius viri ingenium penitus cognoscere possumus. Quae enim nobis epistularum eius fragmenta servata sunt, maximam partem ex numero earum deprompta, quas ad familiares scripsit, mirabilis et iucundae affectuum varietatis plena sunt, eiusque vitam, mores, ingenii animique indolem propius spectare nos sinunt, animumque nostrum mira quadam vi in se convertunt. Quamvis enim lacerae luculenter ostendunt nobis illae reliquiae sollicitam Augusti curam suorum et obsequium eius erga Liviam uxorem et amorem in privignos nepotesque et rectum eius de suis iudicium et facetam ac festivam, ne dicam interdum petulantem et mordacem, indolem eiusque vitae consuetudines et simul anxium fere dignitatis principalis studium, totum denique eius animum aperiunt: hoc tantum valde est dolendum temporis iniuria maximam earum partem consumptam esse, quae quantum lucis ad summi illius principis et vitam et regnum et res allaturae fuerint, per se liquet.

Augusti epistulas in singularibus voluminibus collectas fuisse et evulgatas in omnium manus venisse, e loco Gelli (1) colligi licet, qui librum epistularum divi Augusti memorat, quas ad Gaium nepotem suum scripsit (2). Suetonius nullam Augusti epistularum syllogen refert, sed haud dubium est quin ei prae oculis epistulae

---

der königlich sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften 20 (Leipzig 1903); Ella Bourne, *Augustus as a letter-writer*, in: *Transactions and Proceedings of the American Philological Association*, vol. XLIX (1918) pp. 53-66.

(1) Gell. *n. a.* XV 7, 3.

(2) Hac in re Schanzii (*Gesch. d. röm. Litt.*[3] II 1 p. 8) opinioni accedo, in singulos libellos Augusti epistulas editas fuisse, contra Peteri sententiam (*Die geschichtliche Litteratur über die röm. Kaiserzeit*, Leipzig 1897, I p. 460), qui librum litterarum ad Gaium nepotem partem fuisse censet amplioris Augusti litterarum collectionis.

ipsius manu scriptae fuerint (1); quod etiam de Quintiliano (2) atque Plinio (3) dicendum est; verisimile autem videtur omnes illas familiares fuisse, haud dubie, sicut iam admonuit Weichert, ab eis ad quos scriptae fuerant, velut res pretiosas diu servatas et vel hereditate vel emptione ad posteros traditas. Sed nulla apud veteres scriptores epistularum ad Ciceronem crebro per annos 710/44-711/43 (4) ab Augusto scriptarum mentio fit (5) nihilque earum nobis est relictum, quod valde est dolendum cum per se liqueat quantum lucis primis iisque turbidis Augusti in re publica annis illae adlaturae fuerint. Quod ad dictionem pertinet, in epistulis quoque, quamvis saepe cito et currenti exaratae sint stilo et plerumque familiari dicendi genere expressae, easdem deprehendere possumus virtutes, quibus universe eius eloquendi scribendique genus praeditum fuisse veteres contestantur

---

(1) Suet. *Aug.* 71: *autographa quadam epistula*; 87: *litterae ipsius autographae*. Vide A. Macé, *Essai sur Suétone*, Paris 1900 p. 117 sqq.

(2) Quint. *inst. or.* I 7, 22: « *here* » *nunc E littera terminamus, at veterum comicorum adhuc libris invenio* « *heri ad me venit* »; *quod idem in epistulis Augusti, quas sua manu scripsit aut emendavit, deprehenditur.*

(3) Plin. *n. h.* XIII 12, 83; XVIII 15. 139; XXI 3, 9.

(4) Vide: Drumann-Groebe, *o. c.*, IV p. 26 sqq.

(5) Ciceronis ad Octavianum iuvenem litterarum quanta fuerit per id tempus crebritas, et ipsius Ciceronis testimonio constat (*ad Att.* XVI 8; 9; 11) et earum fragmenta docent, quae collecta edidit, post alios, Ludovicus Claude Purser, *M. Tulli Ciceronis epistulae*, III (Oxonii 1902); e quibus colligi licet eas tribus saltem comprehensas voluminibus evulgatas fuisse; sed epistularum quas ab Augusto scriptas ad illum fuisse compertum habemus, ne fragmentum quidem apud ullum exstat scriptorem: qua de re vide H. Peter, *Der Brief* etc., p. 86, 99 adnot. 2.

scriptores (1). Gellius autem, litterarum potissimum ratione habita, elegantiam orationis neque morosam neque anxiam, sed facilem hercle et simplicem Augusto tribuit (2). At in epistulis familiaribus scribendis verba graeca latinis immiscere solebat Augustus (3), sicut e fragmentis quae supersunt, colligi potest, versibusque graecis atque proverbiis libenter uti. Praeterea in iisdem quaedam notatu digna frequentius eum usurpasse Suetonius (*Aug.* 87) animadvertit; nam, cum aliquos numquam soluturos significare vellet, *ad Kalendas graecas soluturos* aiebat, et cum hortaretur ferenda esse praesentia, qualiacumque essent, *contenti simus hoc Catone*; et ad exprimendam festinatae rei velocitatem *celerius quam asparagi coquuntur*. Quorum primum Augusti dictorum, etiam nunc frequenter usurpatum (4), explanatione non eget, cum satis constet apud Graecos minime valuisse mensium Romanorum rationes et partes; festive igitur lepideque Augustus *ad Kalendas graecas* pro *numquam* dicere potuit. Quod ad secundum dictum pertinet, in controversia est utrum de Catone Censorio an de Uticensi agatur: si autem consideraverimus Censorii nomen iam pridem Uticensis praeclara fama obscuratum ad Augusti aetatem pervenisse, huius vero memoriam recentem adhuc in omnium animis viguisse, nobis manifestum fiet Catonem Uticensem modo ab Augusto intellegi potuisse. De huius autem Augusti dicti significatione

---

(1) Vide infra p. XXVII.

(2) Gell. *n. a.* XV 7, 3.

(3) Haec autem non unius Augusti consuetudo erat, sed quo quisque tum doctior videri volebat eo libentius copiosiusque in sermone graeca utebatur lingua. Vide Cic. *de off.* I 31, 111; Horat. *sat.* I 10, 20 sqq.

(4) Cfr. OTTO, *Die Sprichwörter und sprichwörtlichen Redensarten der Römer* (Leipzig 1890) p. 65; BÜCHMANN, *Geflügelte Worte*[21] (Berlin 1903) p. 507; GIUSEPPE FUMAGALLI, *Chi l'ha detto?* (Milano 1915) p. 559.

virorum doctorum sententiae inter se discrepant: alii enim voluisse eum quasi dicere interpretati sunt: « feramus haec aequo animo nec nobis mortem consciscamus; satis sit hoc Catonem fecisse »; sed per se liquet quantum cavillationis haec habeat sententia; alii rectius censuerunt id dictum eum usurpasse, cum hominem mediocri virtute praeditum in senatum legeret vel senatui aut tribubus commendaret, ita ut Cato non amplius hominis sed ipsius virtutis nomen fieret, frequentissimeque in proverbiis adhiberetur (1). Tertium denique dictum, e re coquinaria petitum, ostendit eum in epistulis familiaribus iculariter ludere consuevisse. Tribus his dictis aliud addendum est quod Gellius (*n. a.* X 11, 5) nobis testatur, qui ait Augustum et dicere in sermonibus et scribere in epistulis solitum esse: σπεῦδε βραδέως (2), hoc est: *festina lente*, per quod moneret *ut ad rem agendam simul adhiberetur et industriae celeritas et diligentiae tarditas, ex quibus duobus contrariis fit « maturitas »*; quod item dictum usque ad nostram aetatem pervenit atque etiam hodie frequenter, latine quidem, usurpatur (3).

Ibidem (*Aug.* 87) pergit Suetonius: *ponit assidue et pro stulto « baceolum » et pro pullo « pulleiaceum »* (4) *et pro cerrito « vacerrosum » et « vapide » se habere pro male et « betizare » pro languere, quod vulgo « lachanizare » dicitur.* — « Baceolus » sive « bacelus » a graeco « βάκηλος » ductum esse videtur, de quo Suidas (5): μέγας μέν, ἀνόητος δὲ

(1) Otto, *o. c.* p. 13.

(2) Cfr. Suet. *Aug.* 25.

(3) Büchmann, *o. c.* p. 507; Fumagalli, *o. c.* p. 517.

(4) Vulgatam lectionem accepi, quam potiorem censui, sed miram lectionum varietatem hic locus praebet: *aut pullum* (et tum *gallinaceum*) Bentley proposuit; *ut pullum* Roth; *caput aut pullum* Becker; *apud pullum* Maximilianus Ihm (Lipsiae 1908), optimorum codicum auctoritatem secutus; *et* [*apud*] *pullum pulleiaceum* dubitanter coniecit Castiglioni.

(5) *Lexikon* p. 936 Bernhardy, Halis et Brunswingae 1853.

καὶ γυναικώδης. Βάκηλος, εὐνοῦχος, ἀπόκοπος. καὶ παροιμία· βάκηλος εἶ, κατὰ τῶν ἐκλύτων καὶ ἀνάνδρων; est igitur homo demens, stultus, seu potius, sicut Forcellini (1) ait, stulte glorians, vaniloquus, mollis et effeminatus. De verbo « pulleiaceus » nunc dicendum est, quod a « pullus » syllabica adiectione productum recte censuit Forcellini (2); neque est cur cum Weicherto (3) errorem quendam in codicibus subesse coniciamus, atque a Suetonio pro « *pullo* » scriptum fuisse « *pulleio* ». Nempe, sicut iam cum Casaubonus tum Forcellini censuerunt, ad aliorum colorum exemplum, quadam ingenii lascivia, id verbum Augustus formavit; sic enim dicimus: « violaceus, hederaceus, herbaceus », cett. — « Vacerrosus » quod pro « cerrito » Augustus usurpare solebat a « vacerra » i. e. stipite et translate homine vecorde et vesano (4), sermonis plebei atque rustici vox est. — Quod ad « vapide » adverbium pertinet, id a « vapor » minime a « vappa », ut quidam opinati sunt, ductum cum Forcellinio putandum est, ad eamque pertinere videtur corporis condicionem, qua homo languore atque membrorum lassitudine habeatur (5). Denique pro « languere », teste Suetonio, « betizare » Augustus maluit, quod vulgo « lachanizare » dicebatur. Utrumque verbum ab oleribus ductum est: ut enim λάχανα, unde « lachanizare », Romanorum olera sunt, ita est « beta » herba languida, caule ac foliis tener-

---

(1) I p. 421.

(2) III p. 993.

(3) *o. c.* p. 227.

(4) Vide Fest. p. 512 L.: *Vacerram ... vocari aiunt stipitem ad quem equos soleant religare... vecors et vesanus teste Livio, qui dicit « ... corde et malefica vecordia ».* (*corde* cod. *vecorde* vulgo; *vecordia* cod., *vacerra* Scaliger). Cfr. Baehrens, *Frag. Poet. Rom.* p. 41.

(5) Vide, tamen, Walde, *Latein. etym. Wörterbuch*, Heidelberg 1906, p. 648.

rimis atque mollissimis praedita (1). Neque mirum est Augustum tam vario modo eandem rem dixisse, quod, cum per totam fere vitam infirmus atque valetudinarius fuerit, saepius id verbis illi significandum erat.

Porro haec Suetonius in Augusti epistulis animadvertit, eum « simus » pro « sumus » et « domos » genetivo casu singulari pro « domus » usurpasse, additque: *nec unquam aliter haec duo, ne quis mendam magis quam consuetudinem putet*; quod Marii Victorini (2) testimonio confirmatur: *divus Augustus genetivo casu « huius domos meae » per O non per U litteram scripsit. Messala, Brutus, Agrippa pro « sumus », « simus » scripserunt.* Quantum ad « simus » pro « sumus » spectat, quem usum Augustum cum aliis suae aetatis viris iisque haud litterarum nesciis communem habuisse e Marii Victorini testimonio constat, id ex vocalium i atque u sono affini nunc exiliore nunc pinguiore ortum esse videtur, quarum permutatio frequentissime apud veteres scriptores deprehenditur (3). Sed ut Caesar *optimus* atque *maximus* semper et ipse usurpavit et in inscriptione usurpari iussit, sicut Quintilianus (*inst. or.* I 7, 21) refert, ita Augustum semper *simus* pro *sumus* dixisse animadvertit Suetonius in epistulis ipsius manu scriptis (4).

Difficiliorem habet explicatum quod Suetonius addit, Augustum semper *domos* pro *domus* genetivo casu singulari adhibuisse, qua de re nulla adhuc probabilis ratio data est (5), neque ulla fortasse dari potest: perperam

---

(1) Catull. LXVII 21: *languidior tenera cui pendens sicula beta...*

(2) *Ar. gramm.* I 4 (Keil, *Grammatici latini* VI p. 9).

(3) Vide, quaeso, hac de re quae disputaverit C. Pascal in commentariis, qui « Athenaeum » inscribuntur, a. 1918 I p. 34.

(4) Cfr. Fr. Stolz, *Historische Grammatik der lateinischen Sprache*, I (Leipzig 1894) p. 138; W. M. Lindsay, *Die lateinische Sprache*, übersetzt von Hans Nohl, Leipzig 1897 p. 33.

(5) Stolz, *o. c.* I p. 131: *Das $\bar{O}$ in dem augustischen domōs*

tamen Ritschl (1) *domuos*, pro *domos* apud Suetonium legendum esse contendit.

Praeterea Suetonius hoc in litteris ipsius Augusti manu scriptis animadvertit, eum consuevisse verba non dividere nec ab extrema parte versuum abundantes litteras in alterum transferre, sed ibidem statim subicere atque circumducere (2), quod fecisse mihi videtur ne molesta ea verborum divisio lectorem moraretur.

Denique Suetonius (*Aug.* 88) ait Augustum non adeo orthographiam, quam dicunt, i. e. formulam rationemque scribendi a grammaticis institutam, custodivisse: sed eorum potius secutum esse opinionem, qui perinde scribendum ac loquamur, existimarent. Huc pertinere videtur quod refert Quintilianus (*inst. or.* I 7, 22) qui ait apud antiquos et *here* et *heri* in usu fuisse, cum utriusque vocalis sonus in ipso verborum fine ambiguus sit; sua quidem aetate formam in *-e* exeuntem praeferri, sed apud veteres comicos formam *heri* inveniri; *quod idem in epistulis Augusti, quas sua manu scripsit aut emendavit* (3), *deprehenditur*. Quod Quintilianus ait *heri* apud comicos haberi, ostendit eam formam in sermone cotidiano atque vulgari usurpatam esse. Augustus igitur, cotidiani sermonis in epistulis sectator (4), cum haud

---

will Kretzschmer *mit Rücksicht auf eine avestische Form auf «-āuš» aus «-ōu̯s» (gen.* domōu̯s) erklären, was ich nicht für wahrscheinlich halte,* sed nihil aliud addit. Vide Lindsay, *o. c.* p. 436: *Ob die von Augustus bevorzugte Genetivform von «dŏmus» nämlich «domos» auf gleichzeitiges Vorhandensein von idg. -ous in Lateinischen deutet, ist ungewiss.* Cfr. etiam M. Leumann in «Stolz-Schmalz, *Lat. Gramm.*», München, 1926, p. 268 c.

(1) Friderici Ritschelii *opusc. philol.* IV (Lipsiae 1878) p. 169.

(2) De hac Augusti puerili quasi consuetudine vide: Augusto Corradi, in: « Bollettino di filologia classica » 2 (1895-96) p. 262.

(3) Haud dubie intellegendae sunt litterae ab Augusto dictatae atque a liberto aliquo exaratae.

(4) Suet. *Aug.* 87.

dubie *heri* non *here* pronuntiaret, eandem formam in scribendo quoque praetulit, sicut fragmenta eius epistularum (cfr. XXI ad Tiberium privignum p. 8; fr. XLI ad Agrippinam neptem, p. 14) ostendunt. Item Gellius (*n. a.* X 24, 1. 2) ait sua quidem aetate *die quarto* et *die quinto* tantum dici consuevisse, quique aliter diceret, eum pro rudi atque indocto homine haberi: *sed Marci Tullii aetas ac supra eam non, opinor, ita dixerunt: « diequinte » enim et « diequinti » pro adverbio copulate dictum est, secunda in eo syllaba correpta. Divus etiam Augustus, linguae latinae non nescius munditiarumque patris sui in sermonibus sectator, in epistulis plurifariam significatione ista dierum non aliter usus est.* Augustus igitur contra grammaticorum praecepta, easdem verborum formas quibus in cotidiano sermone uteretur, in epistulis quoque adhibere consueverat.

Ex iis quae disputavimus atque ex veterum scriptorum testimoniis effici licet Augustum ad ἀνωμαλίαν, quam inaequabilitatem Varro (*l. l.* 9, 1) vocat, proclivem fuisse, id quod in Vergilio quoque deprehendere possumus; hunc enim exempli gratia, in accusativo casu plurali modo formas in *-is* exeuntes, modo in *-es* adhibuisse *arbitrio consilioque usum auris*, Probi testimonio constat (1), quamvis praeceperint grammatici accusativum pluralem in *-is* desinere, quotiens genetivus pluralis in *-ium* exiret, quotiens autem in *-um*, totiens in *-es* (2); Cicero autem cum ad ἀνωμαλίαν propensior esset, analogiae tamen interdum se esse sectatorem professus est (cfr. *Brut.* 258).

Postremo quod Suetonius addit in epistulis ipsius Augusti manu scriptis communes hominum errores se deprehendisse in permutandis et praetermittendis litteris

---

(1) Apud Gellium XIII 21, 1. Cfr. M. Lenchantin, *Gli accusativi « urbis urbes turrim turrem » in Virgilio* (« Riv. di filologia » XLIV p. 235-248).

(2) Cfr. Serv. *ad Verg. Aen.* I 108.

syllabisque, id modo summam curam ac diligentiam ostendit, qua Suetonius litteras, quae in principis scriniis custodirentur, observaverit atque perscrutatus sit; cum enim esset epistularum magister, ad ipsa acta aditus ei patuit eaque diligentissime inspexit (1).

Sed hoc etiam in Augusti epistulis singulare Suetonius (*Aug.* 50) animadvertit, eum ad omnes horarum quoque momenta, nec diei modo, sed et noctis, quibus datae significarentur, addere solitum esse; quod diligentissimam immo etiam nimiam interdum curam declarat, quam cum in omni vita tum etiam in rebus litterariis Augustus observavit, quippe qui, eodem teste Suetonio (*Aug.* 88), legato consulari successorem dedisset ut rudi et indocto, quod ab eo *ixi* pro *ipsi* scriptum animadvertisset. Quod quamvis nobis minime probari possit, nihil tamen est cur cum Weicherto (2) infitias eamus fidemque diligentissimi illius historiarum scriptoris, qui, ut supra docuimus, optimis usus est fontibus, auctoritati abrogemus.

Quod ad epistulas graecas pertinet, etiamsi quaedam in iis improprie usurpata sunt, ut *ἀνασκεδάσαντα* pro *κατασκεδάσαντα* (3), ut *ἐξετασίαν* pro *ἐξέτασιν* (4), etiamsi multa hominis Romani esse manifesto apparet, satis eleganter tamen eas esse scriptas fatendum est (5). Utrum vero Augustus ipse, quem graecae linguae peritum fuisse constat, graece eas scripserit, sicut pro

---

(1) Cfr. A. Macé, *o. c.* p. 125 sq.

(2) *O. c.* p. 146: *Augustum in huiusmodi rebus quamvis levidensibus et minutis nonnumquam difficiliorem fuisse ac fastidiosiorem, aliunde cognitum habemus; sed eum legato illi huius unius erroris causa successorem dedisse tamquam homini rudi et indocto, nemo facile mihi persuadebit.*

(3) Vide infra ep. ad Cnidios p. 29, 20.

(4) ibid. p. 30, 26.

(5) Vide, si placet, quae de earum dicendi genere disputavit Viereck, *Sermo graecus*, Gottingae 1888, p. 78.

certo habuit Viereck (1), an latine exaratas alii vertendas dederit, ut « si quid res exigeret », eum facere consuevisse testatur Suetonius (2), minime diiudicare possumus.

Caesaris Augusti epistularum reliquias in duas distributas partes edidi, quarum prior ad res privatas, altera ad res publicas epistulas pertinentes continet; cumque difficillimum esset temporis rationem in illis servare idque plerumque nullo pacto fieri posset, eorum tantum, ad quos scriptae fuissent, rationem habui; has vero temporum ordine, quantum quidem potui, digestas edidi.

***

Ad epistularum genus Augusti pertinent codicilli, libelli, diplomata, nec non edicta et decreta.

Codicilli, qui et pugillares dicti sunt, quam ob rem Catullus *carm.* LXII quae v. 5 pugillaria dixerat, mox v. 11 codicillos appellat, fuerunt, ut ait Forcellini, parvae tabellae scriptoriae cera illitae, in quibus stilo scribebatur, *πινακίδια, σχεδάρια.* His usi sunt veteres ante chartae inventionem, cum per litteras aliquid esset significandum, sicut e Plinii *epist.* VI 16, 8; 31, 7; *pan.* 70 colligi potest. Sed et post inventam chartam mansit eorum usus, cum vel propere aliquid erat scribendum, vel chartam in promptu non habebant, ut in itinere, in cena, in senatu. Lipsio autem id discriminis facienti ut epistulae ad absentes vel quasi absentes, codicilli vero ad praesentes mitterentur, minime esse adsentiendum, ipsum Catulli, quod supra memoravimus, carmen docet. Hoc tantum adfirmari posse videtur, usos esse inter se codicillis, qui aliquanto coniunctiores viverent. Sic ad Liviam uxorem codicillos de Tiberii acerbitate et intolerantia

---

(1) *o. c.* ibid.
(2) *Aug.* 89.

morum Augustus, teste Suetonio (1), scripserat; item codicillos intellegere debemus scripsisse Augustum festinanter in theatro et ad Iuliam filiam ibidem praesentem misisse, quam luxuriosae iuventutis grege circumsessam vidisset (2). Porro per codicillos questus est quod in magno et recenti luctu suo, cum Gaius Caesar ex Armenia rediens in Syria morbo decessisset, homo sibi carissimus, C. Asinius Pollio, pleno convivio cenasset (3). Minime vero adduci possumus ut credamus scripsisse Augustum codicillos, quibus Agrippae Postumi caedes iuberetur: propiusque vero nobis videtur Tiberium patris iussa simulasse, ut invisus iuvenis tolleretur (4).

Libelli et ipsi fuisse videntur breviores epistulae, sed in plures paginas complicatae, codicillis longiores, itemque signatae (5): a Graecis γράμματα vel βιβλία appellatae.

In huiusmodi libellis usurpandis videtur Augustus

---

(1) Suet. *Tib.* 51.

(2) Macrob. *saturn.* II 5, 6.

(3) Senec. *excerpt. controv.* IV 5.

(4) Suet. *Tib.* 22: *Excessum Augusti non prius palam fecit* (*Tiberius*), *quam Agrippa iuvene interempto. hunc tribunus militum custos appositus occidit lectis codicillis, quibus ut id faceret iubebatur: quos codicillos dubium fuit, Augustusne moriens reliquisset, quo materiam tumultus post se subduceret; an nomine Augusti Livia et ea conscio Tiberio an ignaro dictasset.* Tac. *ann.* I 6: *Primum facinus novi principatus fuit Postumi Agrippae caedes, quem ignarum inermumque quamvis firmatus animo centurio aegre confecit. nihil de ea re Tiberius apud senatum disseruit; patris iussa simulabat, quibus praescripsisset tribuno custodiae adposito, ne cunctaretur Agrippam morte adficere, quandoque ipse supremum diem explevisset. multa sine dubio saevaque Augustus de moribus adulescentis questus, ut exsilium eius senatus consulto sanciretur perfecerat; ceterum in nullius umquam suorum necem duravit, neque mortem nepoti pro securitate privigni inlatam credibile erat.*

(5) Suet. *Aug.* 50.

avunculi exemplum secutus esse, cuius ait Suetonius (1) suis ipsius temporibus epistulas ad senatum exstitisse, quas primus ad paginas et formam memorialis libelli convertisset, cum antea consules et duces non nisi transversa charta scriptas mitterent (2).

Denique diplomata, quae a duplicium tabellarum forma nomen invenisse videntur, litterae principum fuerunt, quae proprio vel munere vel beneficio aliquem ornatum testarentur. Augusti diplomata ad ius civitatis pertinentia apud Suetonium (3) commemorantur.

Item edicta et decreta edere haud alienum censui: leges vero omnino omittendas, quae ad iuris civilis scientiam propius spectant (4).

***

Quod ad ORATIONES pertinet, eloquentiam studiaque liberalia ab aetate prima eum cupide et laboriosissime exercuisse testatur Suetonius (5) nec cuiquam mirum videbitur, qui consideraverit honestis eum studiis a puero imbutum praeclaraque excellentium magistrorum disciplina atque institutione usum fuisse: veri autem simillimum est avun-

---

(1) Suet. *Caes.* 56, 6.

(2) Vide, sis, hac de re: H. PETER, *Der Brief* etc. p. 31.

(3) Suet. *Cal.* 38.

(4) Opera vero, potissima quidem, in quibus leges ab Augusto latas collectas videre potes, hic percensere mihi visum est: G. HAENEL, *Corpus legum ab imperatoribus Romanis ante Iustinianum latarum*, Lipsiae 1857 pp. 1-34; V. GARDTHAUSEN, *Augustus und seine Zeit*, I pp. 887-912, II pp. 518-530; E. CUQ, sub voce *Lex* in DAREMBERG et SAGLIO, *Dictionnaire des antiquités grecques et romaines*, III (Paris 1904) pp. 1149-1151; G. FERRERO, *Grandezza e decadenza di Roma*, Milano 1907, III, IV, V passim; G. ROTONDI, *Leges publicae populi romani*, Milano 1912, pp. 437-462.

(5) Suet. *Aug.* 84: vide infra p. 47.

culum ipsum, Iulium Caesarem, qui perspectis ingenii animique eius virtutibus iam dudum in nomen familiamque eum adsciscere secum ipse constituisset, operam dedisse ut praeter ceteros dicendi facultatem adulescens exerceret atque excoleret, qua nihil utilius nihilque ei magis necessarium fore intellegeret; idque Dionis testimonio (1) confirmatur. Etiam enim Mutinensi bello, teste Suetonio (2), in tanta mole rerum, nullum diem elabi passus est quin et legeret et scriberet et declamaret. Sed neque natura neque eloquentiae studio summum Augustum oratorem evasisse, hoc tantum probari confirmarique potest, quod eius orationum, quas omnes de scripto eum dixisse Suetonius testatur verique simile est in publicum evulgatas fuisse, nihil, si pauca excipis verba, ad nostram pervenit aetatem: quod, mea quidem sententia, haud levis momenti est argumentum.

Sed eius sermonem quibusdam iisque praeclaris ornatum fuisse virtutibus veteres scriptores contestantur; Tacitus (3) enim ait Augusto promptam ac profluentem eloquentiam fuisse; Fronto (4) recte sciteque eum linguae etiam tum integro lepore potius quam dicendi ubertate praeditum fuisse putat; fusius Suetonius (5) certiores nos facit illum genus eloquendi secutum esse elegans et temperatum, vitatis sententiarum ineptiis atque concinnitate et reconditorum verborum, ut ipse dicere soleret, foetoribus, praecipuamque curam duxisse sensum animi quam apertissime exprimere: quod principem decet, qui ab omnibus intellegi velit. Neque a principis more abhorret quod de Augusto addit Suetonius eum neque in senatu nec apud populum nec apud milites umquam nisi medi-

---

(1) Dio Cass. XLV 2, 7: vide infra p. 50.

(2) Vide infra p. 48.

(3) Tac. *ann.* XIII 3: vide infra p. 48.

(4) Fronto *epist.* p. 119 Mai; vide infra p. 49.

(5) Suet. *Aug.* 86; vide infra p. 49.

tata et composita oratione locutum esse, quamvis non careret quadam ex tempore dicendi facultate; ac ne periculum adiret memoriae aut in ediscendo tempus consumeret, omnia recitare instituisse: quod prudentiam laude dignam atque circumspectionem principis declarat, qui accurate domi quae in publico dicturus esset, meditabatur et sive tempori parcens sive memoriae diffidens, ne quid plus minusve diceret, quam sibi propositum esset, de scripto pronuntiabat.

Avunculi dictionem in contionando eum aemulatum esse Gelli (1) testimonio constat, qui divum Augustum dicit linguae latinae non nescium, munditiarum patris sui in sermonibus sectatorem: sed ut ingenio et doctrina, ita eloquentia quoque Augustus cessit avunculo suo: hic enim et elegantissime, teste Cicerone (2), locutus est, et externis quoque ornamentis praeditus fuit, quae in audientium animis movendis vehementer eum adiuvarent: fuisse traditur (3) excelsa statura, colore candido, teretibus membris, ore paulo pleniore, nigris vegetisque oculis, valetudine prospera; pronuntiasse dicitur (4) voce acuta atque ardenti motu gestuque. At Augustus forma quidem eximia fuit et per omnes aetatis gradus venustissima, sicut Suetonius (5) docet eiusque ostendunt simulacra (6), sed statura brevi, valetudine

---

(1) Gell. *n. a.* X 24.

(2) Cic. *Brut.* 252. De Iulii Caesaris dicendi generis elegantia, vide quae docte disputaverit E. Wölfflin, *Elegantia Caesaris* in « Archiv für lateinische Lexicographie und Grammatik » VIII (1893) p. 142 sq.; item in commentatione: *Epigraphische Beiträge* edita in « *Sitzungsberichte der philosophisch-philologischen und der historischen Classe der k. b. Akademie der Wissenschaften zu München* » 1896 p. 161 sq.

(3) Suet. *Caes.* 45.

(4) Suet. *Caes.* 55.

(5) Suet. *Aug.* 79.

(6) De Augusti signis, quae quidem ad nostram aetatem

infirma atque aegra fuit (1): pronuntiabat dulci et proprio quodam oris sono atque nonnumquam, infirmatis faucibus, praeconis voce ad populum contionatus est (2).

Haec habui quae de Caesaris Augusti orationibus in universum dicerem: nunc de singulis enucleatius mihi est dicendum, in quibus percensendis temporum ordinem sequar.

I. *Laudatio funebris Iuliae aviae.* — Mature Augustus, immo omnium Romanorum maturrime oratorum ad publice dicendum prodiit, neque id sua sponte, sed temporum necessitate impulsus. Cum enim anno 703/51 supremum obiisset diem Iulia, C. Iulii Caesaris soror nata minor et mater Atiae, quae Augustum peperit, puer tunc duodecimum annum (3) agens eam pro rostris

---

pervenerunt, vide: Bernoulli, *Römische Ikonographie* II 1, Berlin und Stuttgart, 1886 p. 6 sqq.; W. Helbig, *Führer durch die öffentlichen Sammlungen klassicher Altertümer in Rom*², Leipzig 1889, passim.

(1) Suet. *Aug.* 79; 80; 81.

(2) Suet. *Aug.* 84.

(3) Haec est cum Suetoni (*Aug.* 8) sententia, tum etiam Quintiliani (*inst. or.* XII 6, 1): Nicolaus autem orationem ab Augusto nono aetatis anno habitam esse tradit eiusque testimonium utpote scriptoris aequalis, hanc habuit vim, ut quidam viri docti in Suetonio *decimum annum agens* pro *duodecimum a. a.* et in Quintiliano *decem annos natus* pro *duodecim a. n.* corrigendum censerent. Sed multo probabilior est Weicherti sententia (*o. c.* p. 8), quocum et Meyer (*Oratorum Romanorum fragmenta*², Turici 1842 p. 518) et Blumenthal (*Die Autobiographie des Augustus* in « Wiener Studien » XXXV 1913 p. 123 adnot.) consenserunt, Nicolaum cum multa alia declamatorie augeret, etiam in hac re prudentem scientemque numerum ementitum esse et quo maior fieret Augusti laus, scripsisse istam contionem funebrem a puero vixdum decenni habitam esse maximis audientium clamoribus et plausu; minimeque mihi videtur probanda coniectura quam Alfred von Gutschmid

laudavit valdeque probabilis est Weicherti (*o. c.* p. 115) atque Drumanni (*o. c.* p. 261) coniectura Augustum non proprio ipsius animi impetu aut suo in aviam, tenerae quidem pueritiae suae educatricem, amore, sed avunculi magni consilio et auctoritate permotum illius matronae pro rostris laudandae munus suscepisse. Veri enim simillimum est Iulio Caesari haud parum cordi fuisse ut sororis suae nepos, qui tam insignem de se iam spem movisset quemque ipse in familiam nomenque adsciscere constituisset, quam maturrime populo Romano innotesceret, maximeque eius intererat ut gens Iulia, quam ipse aliquot annis ante magnis in contione extulerat laudibus (1) quocumque vel a puero celebraretur modo.

Utrum autem eam laudationem Augustus suopte ingenio composuerit an adiutore et magistro aliquo usus, diiudicari non potest doctorumque virorum sententiae inter se discrepant: alii minime a vero abhorrere censent orationem illam ab ipso puero fuisse scriptam, quippe qui, teste Suetonio (*Aug.* 84) ab aetate prima cupide et laboriosissime in eloquentiam incubuisset; alii veri similius iudicant aliquem ex Augusti magistris sua opera Augustum in primo isto ingenii oratorii experimento adiuvisse (2). Weicherti autem sententia, inutile atque supervacaneum esse de scriptore eius orationis quaerere, qua Augustus puer Iuliam aviam mortuam laudasse tra-

---

protulit (*Kleine Schriften* V, Leipzig 1894, p. 540): *vermuthlich verwechselte Nikolaos diesen Fall mit der Laudatio, die Tiberius neunjährig seinem leiblichen Vater hielt.*

(1) Suet. *Caes.* 6.

(2) Cfr. C. Martha, *L'oraison funèbre chez les Romains*, in: « Revue des deux mondes » XXI (1877) p. 668: *il n'y avait pas trop lieu de s'étonner de cette précocité, puisqu'on savait bien que ces enfants avaient un excellent précepteur, un maître de rhétorique, et que leurs discours n'avaient pas dû leur coûter.*

ditur, cum aliquot ante annis Iulius Caesar ipse pro rostris Iuliam amitam laudavisset cumque huiusmodi funebres laudationes ab ipsis familiis quasi ornamenta servarentur ad usum, si quis eiusdem gentis periisset, minime mihi probatur: nihil sane certi atque absoluti hac de re affirmari potest, sed hoc tantum aliqua probabilitate dicendum mihi videtur, Augustum puerum orationem suo marte composuisse, quae, utpote coram populo dicenda, a magistro eius recognita emendataque fuisset: veri autem simillimum est gentem Iuliam in ea summis laudibus celebratam eiusque generis antiquitatem nobilitatemque praedicatam esse, sicut Caesarem in Iulia amita laudanda fecisse compertum habemus, iisque omnibus avunculi ipsius laudes intextas esse, quem orator duodecim annos natus patris loco coleret.

II. *Contio ad populum.* — Primam ad populum orationem habuit Augustus cum, accepto Caesaris necis suaeque adoptionis nuntio, Apollonia profectus, Romam exeunte anni 714/44 mense Aprili ingressus est atque hereditate adita nomineque Caesaris sumpto, vehementi dominandi cupiditate flagrans, sed callidissima usus simulatione, a L. Antonio, tribuno plebis, in contionem productus, mense Maio eiusdem anni, duodeviginti annos natus, verba apud populum fecit eique ludos Veneri Genetrici a Iulio Caesare apud Pharsalum consecratos mox se facturum et simul pecuniam se numeraturum, quam populo viritim dictator legasset, pollicitus est. eamque orationem exemplaribus divulgatam in omnium venisse manus et Ciceronis testimonio constat et per se veri est simillimum, cum ipsius Octaviani plurimum interesset ut ea, quae populo de instituto suo dixisset quaeque ei promisisset, quam plurimis innotescerent.

III. *Contio ad populum.* — Aliam Octavianus orationem, ut populum sibi conciliaret eumque ab Antonio, quocum iam dissidere coeperat, abalienaret, mense Octobri eiusdem anni (710/44) habuit. Veteranis enim

in Campania collectis, Romam cum iis contendit eique obviam profectus est Tib. Canutius, tribunus plebis, inimicus Antonio ideoque Octaviano amicus, voluntateque eius cognita, eum in urbem introduxit atque ad aedem Castoris in contionem produxit. Prior Canutius in Antonium invectus est; tum ipse Octavianus dicere orsus, patris memoriam eiusque rerum gestarum renovavit, modeste de se locutus, iniuriasque ab Antonio acceptas commemoravit, propter quas etiam exercitum illum suae custodiae causa contraxisset, denique patriae operam suam et obsequium pollicitus est. Eam quoque orationem vulgatam esse, Cicero (*ad. Att.* XVI 15, 3) certiores nos facit, qui eam in manibus habuit.

IV. *Contio ad populum.* — Postquam, anno 718/36, bellum cum Sex. Pompeio per intervalla atque ancipiti fortuna inde ab anno 712/42 gestum confectum est, Romam reverso Octaviano senatus immodicos decrevit honores, ipsi permittens ut arbitratu suo vel omnes acciperet, vel quotquot ipsi accipere placeret; itumque est ei obviam quam longissime a coronatis tam senatoribus quam populo, qui eum ad templa primum, deinde domum deduxerunt (Idibus Nov. anni 718/36) (1). Postero die senatum populumque in contionem extra pomoerium Octavianus convocavit, atque oratione pro contione habita, res a se gestas ordine recensuit administrationemque reipublicae iam ex quo ad eam admotus est usque ad illum diem: pacem et tranquillitatem denuntiavit post sublata funditus bella civilia et tributa nondum reddita debitoribus condonavit, pariterque publicanorum aes alienum remisit et mercedes nondum persolutas pro locationibus publicis. Ex honoribus autem sibi per senatus consultum oblatis accepit ovationem et annua sollemnia diebus victoriae, aura-

---

(1) Cfr. Drumann-Groebe, *o. c.* IV p. 277.

tamque in foro statuam, triumphali habitu, quo urbem esset ingressus, insitentem columnae rostris navium cinctae. Quam orationem a se ipso conscriptam, teste Appiano, in vulgus deinde edidit.

V. *Oratio graeca Alexandriae habita.* — Cum Alexandriam anno 724/30 Augustus cepisset, victor in urbem ingressus est, cum Ario philosopho colloquens dextramque eius tenens, ut is eximio in honore ab ipso habitus, statim in oculis civium admiratioñeque esset. Gymnasium deinde ingressus, Alexandrinos metu consternatos et ad terram collapsos surgere iussit ad eosque orationem habuit, omni se culpa populum liberare dicens, primum ob Alexandrum urbis conditorem, deinde ob admirabilem urbis pulchritudinem, tertio ob gratiam qua Arius amicus apud ipsum floreret. Haec Plutarchus (*Ant.* LXXX). Sed tres has causas ob quas fore ut Alexandrinis ignosceret eorumque urbi parceret pollicitus est, non sine aliqua varietate veteres rerum scritores proferunt, sicut e testimoniis, quae infra (p. 53) collegi, potes, candide lector, efficere. Hanc orationem graece eum habuisse testatur Dio (LI 16), quo facilius ab Alexandrinis intellegi posset. At si Suetoni (*Aug.* 89) testimonium spectamus Augustum non tam linguae graecae peritum fuisse, ut aut loqueretur expedite, aut componere aliquid auderet, et quae occasio ferret, latine eum scribere vertendumque alii dare solitum esse, valde probabile videbitur orationem ab Augusto latine scriptam, ab Ario philosopho, illius expeditionis comite, in graecum conversam fuisse sermonem: idque hoc veri est similius, quod in urbe litterarum laude florentissima Augustus locuturus esset virisque ornata doctissimis.

VI. *Laudatio funebris M. Claudii Marcelli.* — Habita est a. 731/23, quo anno Marcellus, Octaviae minoris (1),

---

(1) Cfr. Drumann-Groebe, *o. c.* IV p. 250; 257.

Augusti sororis filius, quem ob maternas virtutes Augustus adoptaverat et cui anno 729/25 filiam suam Iuliam admodum tum iuvenem, uxorem dederat (1), inexorabili morbo confectus supremum diem Baiis obiit, cum vigesimum ageret annum (2), atque immatura eius miseraque mors ab omnibus complorata atque defleta est, cum ingentem de se expectationem eximius ille iuvenis movisset (3). Corpus eius Romam ingenti pompa allatum, in Campo Martio sepultum est. Augustus summo affectus dolore, laudationem funebrem dixit, in qua prisca Marcellorum gentis decora eorumque res praeclare gestas repetivit praecipueque fortissimi illius M. Claudii Marcelli quinquies consulis, qui primus ad Nolam Hannibalem vinci posse docuisset Syracusasque expugnavisset atque per insidias Numidarum Hannibalis anno 546/208 periisset (4); id quod e duobus Plutarchi locis colligi licet (5). Deinde adulescentem ipsum tot virtutibus

---

(1) Dio LIII 27, 5; Plut. *Ant.* 87; *Marc.* 30; Vell. II 93, 2; Suet. *Aug.* 63; cfr. Drumann-Groebe, *o. c.* II p. 337.

(2) Propert. III 18, 15 sq.

(3) Vide clarum illum Vergili de Marcello locum (*Aen.* VI 860 sqq.) de quo Servius (*ad Aen.* VI 862): *constat hunc librum tanta pronuntiatione Augusto et Octaviae esse recitatum, ut fletu nimio imperarent silentium: nisi Vergilius finem esse dixisset* etc. Cfr. Propert. III 18; Horat. *carm.* I, 12, 45; Tac. *ann.* II 41; Sen. *ad Marc.* II 3, 4.

(4) Cfr. Drumann-Groebe, *o. c.* II p. 327 sq.

(5) Quod Plut. *Marc.* 30 (vide p. 54) narrat, id Augustum in laudatione funebri Marcelli nepotis rettulisse, primus Heeren (*De fontibus et auctoritate vit. parall. Plutarchi*, Gottingae 1820) suspicatus est eiusque coniecturam tamquam probabilem omnes, qui secuti sunt, viri docti acceperunt; cfr. Meyer, *Oratorum Romanorum fragmenta*², Turici 1842, p. 521; Weichert, *o. c.* p. 116; Hermannus Graff, *De Romanorum laudationibus commentatio*, Dorpati 1862, p. 86; Vollmer, *Laudationum funebrium Rom. hist. et reliqu. editio*, in « Neue Jahrbücher für Philologie

iisque tam praeclaris ornatum laudavit eiusque immaturam deploravit mortem. Orationem ab Augusto scriptam divulgatamque fuisse ex ipsis, quos supra commemoravimus, Plutarchi locis efficiamus oportet.

VII. *Laudatio funebris M. Vipsani Agrippae.* — M. Vipsanius Agrippa, qui ignobili loco natus ob res praeclare bello gestas maxime insignis factus erat (1) atque sumptuosis splendidisque aedificiis non modo Romam, sed alias quoque exornaverat urbes (2), quem Augustus mortuo Marcello generum sumpserat, cum ex Pannonia a. 742/12 reverteretur, in Campania morbo correptus mense Martio eiusdem anni obiit. Corpus eius Romam Augustus afferri iussit atque laudationem funebrem in foro habuit, in qua cum de mortui obscuris maioribus nihil esset quod praedicaretur, illius tantum egregii viri res domi bellique praeclare gestas eum extulisse veri simile est. Quod Dio (LIV 28, 2) addit velamentum inter se atque cadaver oratorem interposuisse, hac de causa factum esse credendum est, quod Augustus tum pontifex maximus esset, quem cadaveris adspectus polluisset (3).

VIII. *Laudatio funebris Octaviae sororis.* — Anno 743/11, teste Dione Cassio (LIV 35, 4), cum Octavia Augusti soror obiisset, duplicis laudationis honor ei tributus est: Augustus enim eam pro aede divi Iulii laudavit, Drusus pro rostris. Dubitatum est utrum Octavia

---

und Paedagogik » 18 Supplementband (1892) pp. 477-484; cfr. Gardthausen, *Augustus und seine Zeit* I ii p. 731. Item apud Plut. *comp. Pel. cum Marc.* eandem Augusti laudationem funebrem intellegamus oportet.

(1) Serv. *ad Verg. Aen.* VIII 682; *Tac. ann.* I 3; cfr. Hor. *carm.* I 6.

(2) Vide Gardthausen, *o. c.* I ii p. 751.

(3) Cfr. Sen. *ad Marc.* XV 3; Vollmer, *o. c.* p. 461 adnot.

maior, Octavi ex Ancharia filia (1), an Octavia minor, quam Atia, Augusti mater, genuit, intellegenda sit: cum enim Suetonius (2) dicat Augustum Octaviam sororem quarto et quinquagesimo aetatis anno, i. e. a. 745/9, amisisse eique maximos tribuisse honores, contendit Weichert (3) apud Dionem Octaviam maiorem, apud Suetonium Octaviam minorem intellegendam esse: alteram anno 743/11 mortuam esse, alteram anno 745/9. At Drumann, temporum rationibus diligenter examinatis, Weicherti opinionem funditus subruit demonstravitque apud utrumque scriptorem de eadem Octavia minore sermonem esse, anno 743/11 mortua; quod Suetonius autem ait, Augustum eam anno 745/9 amisisse, errori tribuendum esse (4). Itaque Drumanni sententiam plane accipere possumus. Neque mirandum est duplicem Augusti sorori laudationem tributam esse, cum nobilissima ea inter Romanas matronas fuisset, sicut omnes contestantur veteres scriptores, atque cum eximia pulchritudine tum etiam praeclaris animi ingeniique virtutibus optimisque suis moribus omnium admirationem movisset.

IX. *Laudatio funebris Neronis Claudi Drusi.* — Anno 745/9 Drusus, Tiberi Claudi Neronis et Liviae filius, iuvenis eximiis cum corporis tum praecipue animi ingeniique virtutibus ornatus (5) cum in Chattorum terram incurrens usque ad Sueborum fines progressus esset atque in Cheruscos postea conversus ad Albim flumen pervenisset (6), cum denique totam fere Germaniam in

---

(1) Suet. *Aug.* 4.
(2) Suet. *Aug.* 61.
(3) *o. c.* p. 118.
(4) Drumann-Groebe, *o. c.* IV p. 251 adnot.
(5) Vell. II 97.
(6) Dio Cass. LV 1.

potestatem populi Romani redegisset (1), in reditu, antequam ad Rhenum perveniret, ex fractura cruris trigesimo die postquam ex equo delapsus erat, obiit (2) triginta annos natus (3). Tiberius frater, ubi de tristi eius casu certior factus est, quam citissime properans vixdum spirantem invenit ac mortuum pedibus Romam comitatus est, portantibus municipiorum coloniarumque nobilissimis viris (4). Augustus ipse, quamvis asperrima hieme, usque ad Ticinum funebri pompae obviam ierat (5). Romae autem duplex mortui laudatio habita est: altera a Tiberio in foro, altera ab Augusto in circo Flaminio; quae verba autem Suetonius (*Claŭd.* 1) ex Augusti oratione refert, ex ultima huius parte sumpta videntur, cum laudationes funebres finiri solitae essent deorum invocatione, sicut iam cum Hermannus Graff (6) tum Fridericus Vollmer (7) admonuerunt. Quanta animi commotione quantoque maerore laudationem Augustus pronuntiaverit, et alio confirmatur testimonio, carmine Ovidio olim falso attributo, quod vulgo « epicedion Drusi » appellatur, vel « consolatio ad Liviam » (8).

X. *Oratio in senatu habita.* — Anno 748/6 Augustus Tiberio privigno potestatem tribuniciam in quinquennium contulerat (9); iterum a. 4 p. Chr., quo anno,

---

(1) Vide Gardthausen, *o. c.* I III p. 1082 sqq.

(2) Liv. *epit. l.* 142. Cfr. Ovid. *fast.* I 597; Dio. Cass. LV 1, 4; 5; Suet. *Claud.* 1.

(3) Vell. II 97, 3.

(4) Liv. *l. c.*; Sen. *ad Marc.* III; cfr. Dio. Cass. LV 2; Suet. *Claud.* 1.

(5) Tac. *ann.* III 5; cfr. Dio. Cass. *l. c.*

(6) *o. c.* p. 67.

(7) *o. c.* p. 484.

(8) Baehrens, *Poëtae latini minores* I p. 111 v. 209.

(9) Dio Cass. LV 9, 4; Suet. *Tib.* 9; cfr. Mommsen, *Res gestae divi Augusti*² (Berolini 1883) pp. 30-31.

cum Gaius Caesar mortuus esset, princeps privignum adoptavit (1), senatum rogavit, ut eidem tribunicia potestas in decennium daretur (2): cum autem satis compertum haberet minime eum apud senatum populumque ob arrogantiam suam morumque asperitatem gratiosum esse, excusare eum conatus est oratione, quam ad senatum habuit.

XI. *Oratio de statu municipiorum.* — A Frontino modo commemoratur, cum de iure territorii disputet (3): omisit Meyer et in prima et in altera oratorum Romanorum reliquiarum editione. In senatu ab Augusto eam habitam esse, veri est simillimum: quo autem tempore, perdifficile est coniectare, ideoque postremam orationum edidi. Quod ad argumentum pertinet, confirmasse ea videtur Augustus civitatibus, ut recte Goesius (4) censuit, territoria in quorum essent possessione (5).

Superest ut de orationibus, quas tamquam ab Augusto pronuntiatas rerum scriptores finxerunt, breviter mentionem faciam. Appianus (*b. c.* III 86; 87) narrat post

---

(1) Cfr. *Corpus inscriptionum latinarum* I² p. 320; Vell. II 100; 104; Suet. *Aug.* 65.

(2) Dio Cass. LV 13; cfr. Vell. II 103; Tac. *ann.* I 3; 10. Suetonius tamen (*Tib.* 16) refert a. 757/4 Tiberio tribuniciam potestatem in quinquennium renovatam esse: vide quae doctissime disputavit MOMMSEN (*l. c.* p. 31).

(3) Frontin. *de controv.* p. 7 (*Corp. agrim. Rom.* ed. THULIN).

(4) *Rei agrariae auctores legesque variae cura Wilhelmi Goesii*, Amstelodami 1674 p. 145.

(5) Quae vero verba Augustus supremo vitae suae die, cum mortem iam adventantem sentiret, admissis amicis, teste Suetonio, pronuntiavit, haud mihi videtur *suprema oratio*, ut L. CANTARELLI vult (« Bollettino di filologia classica » XXIX, 1922, p. 61 sq.), appellari posse, sed inter dicta et apophthegmata potius referenda: vide infra p. 120.

pugnam Mutinensem senatum legatos ad legiones victrices misisse, qui earum in Octavianum fidem labefactarent: cum autem milites noluissent *ἄνευ τοῦ Καίσαρος* legatorum mandata audire, apud milites hunc contionatum esse et iniurias sibi a senatu illatas enumerasse eorumque fidem atque auxilium implorasse. Sed Augusti verba ab Appiano ficta esse cum Weichert (1) tum Drumann (2) censuerunt; idem et Eggeri (3) et Meyeri (4) iudicium fuisse videtur, quod nobis quoque probatur. Item orationes, quas Appianus (IV 126 ad milites; V 28 ad senatum et equites) Augusto tribuit, commenticiae videntur.

Nonnullae huiuscemodi orationes a Dione Cassio proferuntur: narrat enim Dio (XLVI 46) Augustum inito consulatu magno gaudio affectum esse, eo magis quod, cum in Campum Martium se conferret, sex vultures apparuissent: paulo post cum apud milites contionaretur, duodecim alios vultures eum vidisse. Sed ista ad milites contio haud dubie a Dione ficta est, cum nemo rerum scriptorum, qui de omine illo mentionem faciunt (5), ullam Augusti ad milites illo tempore contionem commemoret.

Item ante pugnam Actiacam Dio Cassius inducit Augustum longissima atque verbosissima oratione, quae a cap. 24 libri L usque ad cap. 31 extenditur, milites alloquentem: quae oratio sine dubio ficta iudicanda est, cum sane a vero abhorreat Augustum in tanto rerum discrimine longam illam orationem habere potuisse: quod si veri simile videtur eum ante pugnam paucis milites hortatum fuisse ut strenuos atque fortes se praestarent,

---

(1) *o. c.* p. 125.

(2) *o. c.* IV p. 305.

(3) *Examen critique des historiens anciens de la vie et du règne d'Auguste* p. 14.

(4) *Oratorum romanorum fragmenta*² p. 523.

(5) Suet. *Aug.* 95; App. *b. c.* III 94; Iul. Obs. *de prod.* c. 129.

nullo pacto adduci possum ut putem orationem ab Augusto scriptam fuisse atque ad Dionem pervenire potuisse.

Denique Dio (LVI 1) narrat cum Tiberius a Pannonia (a. 9 p. Chr.) redisset atque Augustus ludos circenses praebuisset, magno opere equites contendisse ut lex *περὶ τῶν μήτε γαμούντων μήτε τεκνούντων* (1) aboleretur: Augustum itaque in forum equites omnes convocasse atque seorsum caelibes, seorsum maritos et patres familias convenire iussisse: cum autem plane horum paucitas prae illorum multitudine pateret, magno angore Augustum permotum separatim ad utrosque locutum esse, cum primum (c. 2-4) maritos atque patres familias laudaret, deinde (c. 4-10) caelibes vehementer reprehenderet. Sed has orationes magna verborum copia ubertateque praeditas, quarum unus Dio auctor est, viri docti consentiente voce a Dione ipso confictas censuerunt, neque amplius de iis disputandum mihi videtur.

Item minime referendos esse censui sermones, quos latius fusiusque Dio (LV 14 sgg.) atque Seneca (*de clem.* I 9) memoriae prodiderunt, quamvis testetur Suetonius (*Aug.* 84, 2), nec est cur eius testimonio fidem derogemus, sermones cum singulis atque etiam cum Livia graviores non nisi scriptos et e libello eum habuisse.

***

Rescripta Bruto de Catone Caesarem Augustum composuisse testatur Suetonius (*Aug.* 85), quod opus non animi vel exercitationis causa ab eo compositum fuisse veri simile videtur, sed ut regendae rei publicae rationibus

---

(1) Fuisse haec videtur lex de maritandis ordinibus, quam Suetonius (*Aug.* 34) memorat: cfr. Gartdhausen, *o. c.* I ii p. 903; II ii p. 525.

inserviret (1). Satis enim constat Catonem Uticensem, acerrimum illum veteris reipublicae defensorem, rebus in discrimen extremum adductis, Uticae sibi ipsum mortem conscivisse (a. 708/46), ne libertatis interitum vita superaret neu vultum tyranni aspiceret (2); voluntaria autem eius mors compluribus in utramque partem scriptis occasionem praebuit, cum alii, liberae reipublicae amatores, in caelum eum laudibus extollerent eumque tamquam heroem divino prope cultu prosequerentur, alii, contra, eius pervicaciam obstinationemque condemnarent eiusque gloriae obtrectarent. Cicero enim Catonis laudationem scripsit (3) eiusque exemplum et Brutus (4) et M. Fadius Gallus (5) et Munatius Rufus (6) secuti sunt: sed contra Ciceronis laudationem Catonis vituperationem Hirtius, Caesaris hortatu composuit ad illumque misit (7); tum Caesar ipse in certamen descendens Anticatones (8) scripsit, in quibus veri simile est quaecumque adversario, nimium ab iis laudato, crimini dari possent, eum collegisse (9). Itaque Augustus, quamvis promptus paratusque suapte indole esset ad veras hominum virtutes perspiciendas meritamque laudem iis tribuendam, non poterat aeque et benigne de Catone Uticensi existimare, pertinacissimo atque pervicacissimo illo Iuli Caesaris omniumque regnandi cupidorum adversario; impulsus igitur fortasse aliquo eius aetatis scripto Catonem tamquam

---

(1) Schanz, *Geschichte der römischen Litteratur*³ II i (München 1911) p. 9.

(2) Cic. *de off.* I 31, 112; Hor. *carm.* I 12, 35 sq.; II 1, 24.

(3) Schanz, *o. c.* I ii (München 1909) p. 281 sq.

(4) Cic. *ad Att.* XIII 46, 2.

(5) Cic. *ad fam.* VII 24, 2.

(6) Plut. *Cat. min.* 37; cfr. Val. Max. IV 3, 2.

(7) Cic. *ad Att.* XII 40, 1.

(8) Suet. *Caes.* 56.

(9) Plut. *Caes.* 54; cfr. Schanz I ii p. 126.

veteris liberaeque reipublicae defensorem praedicante (1), aut saltem huiuscemodi studiis sibi infestis permotus (2), « rescripta Bruto de Catone » iam senior composuit, de quibus cum nulla apud veteres rerum scriptores, praeter Suetonium, mentio fiat, iudicium proferre plane supervacaneum est; cum autem Bruto ipsi Augustum rescripsisse ex operis indice appareat, susceptique operis consilium ex ipsa libelli fronte eluceat, pugnacem et quasi bellatoriam libri fuisse naturam efficiamus licet.

***

Cum Augustus omnino vitam suam ac studia ad suae aetatis mores aptare vellet, consuetudini atque inclinationi temporis sui obsecutus, etiam PHILOSOPHIAE operam dedit; hortationes enim ad philosophiam eum scripsisse testatur Suetonius (*Aug.* 85), quibus Arium philosophum Augusti magistrum et contubernalem (3) manum commodasse Diels (4) suspicatus est. Utrum Ciceronis Hortensium Augustus imitatus sit, sicut Diels coniecit, an potius Antisthenis, Persei atque Posidoni *προτρεπτικοί* exemplar illi praebuerint, ut Hirzel (5) opinatus est, minime diudicari potest, cum philosophicum id Augusti opus unus Suetonius, inter veteres rerum scriptores, commemoraverit indicemque tantum memoriae prodiderit; si autem consideraverimus Augusto

---

(1) Schanz II I p. 9.

(2) H. Peter, *Die geschichtliche Litteratur über die römische Kaiserzeit bis Theodosius I und ihre Quellen* (Leipzig 1897) I p. 173.

(3) Vide P. Hartlich, *De exhortationum a Graecis Romanisque scriptarum historia*, in « Leipziger Studien » 11 (1889) p. 305.

(4) Diels, *Doxographi Graeci*, 1879 p. 81.

(5) Hirzel, *Der Dialog*, Leipzig 1895, p. 2.

magnam cum Cicerone necessitudinem et epistularum assiduitatem fuisse (1), si praeterea locum quendam Plutarchi spectaverimus, qui Augustum inducit nepotem ad Ciceronis libros legendos his verbis hortantem: « *λόγιος ἀνήρ, ὦ παῖ, λόγιος καὶ φιλόπατρις* » (2), Dielsi opinio potior nobis videbitur.

***

Varium et multiplex ingenium Augustum habuisse et ex iis quae disputavimus patet et hac re confirmatur, quod etiam GEOGRAPHICIS REBUS aliquid operae et tempus eum tribuisse constat: Augustus enim primus orbem terrarum pictum Romanis spectandum proposuit, opere quidem ab Agrippae sorore inchoato: nam cum hic, teste Plinio (3), magnum illud quod susceperat opus morte correptus (a. 742/12) perficere non potuisset, soror eius et postea Augustus id ad finem perduxit *ex destinatione et commentariis* eius; quorum verborum priore significari videtur, ut iam docuit Riese (4), indicasse Agrippam qua ratione quoque consilio tabulam confici vellet; alterum non solum de libro aliquo (5)

(1) Vide supra p. XVI.

(2) Plut. *Cic.* XLIX 2.

(3) Plin. *n. h.* III 17.

(4) *Geographi latini minores*, Heilbronnae 1878 p. VII sq.

(5) De Agrippae commentariis vide sis quae disputaverint: PETERSEN, *Die Kosmographie des Kaisers Augustus und die Commentarien des Agrippa*, in « Rheinisches Museum für Philologie » Neue Folge VIII (1853) p. 161-210; 377-403; IX (1854) p. 85-106; 422-442; E. SCHWEDER, *Ueber die Weltkarte und Chorographie des Kaisers Augustus*, in « Philologus » 54 (1895) p. 328 sqq.; ALFREDUS KLOTZ, *Quaestiones Plinianae geographicae*, Berlin 1906 (*Quellen und Forschungen zur alten Geschichte und Geographie*, Heft 11) p. 13 sqq.; D. DETLEFSEN, *Ursprung, Einrichtung und Bedeutung der Erdkarte Agrippas*, Berlin 1906 (*Quellen und Forschungen*, Heft 13 p. 57 sqq.).

sed fortasse de testamento eius intellegendum esse idem Riese censuit, quo Pollae sorori porticus aedificandae munus detulerit, quod Augustus postea susceperit.

Quando id opus perfectum sit, pro certo affirmare minime possumus, sed e Dionis testimonio (LV 8) effici licet anno 747/7 nondum id esse perfectum; quod tamen ante Augusti mortem (a. 767/14 p. Chr.) evenisse et per se liquet et contendit Müllenhoff (1), siquidem anno fere 768/15 p. Chr. Strabo ea scripserit quae in libro II p. 120 legantur. Haec tabula magnificum fuisse opus videtur: totus orbis terrarum inerat tunc quidem cognitus, in quasdam divisus provincias, fines earum et insularum secundum quattuor caeli partes descripti, mensurae in longitudinem et latitudinem dimensae: intervalla locorum atque insularum inter se et a proximis terris milibus passuum descripta, notulae deinde paucae, ut fragmenta quae Riese (2) collegit, ostendunt: tantumque opus quod ut gloriae populi Romani, tot terrarum domini, inserviret, et cognitionem terrarum apud plerosque promoveret Agrippa inchoaverat atque fortasse ut itinera suscipientibus auxilio esset, summae posteris utilitati fuit (3).

Sed alius Plinii superest locus (*n. h.* III 46) ex quo intellegimus Plinium Italiam describentem, librum quendam Augusti inspexisse, in quo:

I: regiones undecim, in quas Italia discripta erat, singulatim depingebantur;

---

(1) Müllenhoff, *Ueber die römische Weltkarte*, « Deutsche Altertumskunde » III, Berlin 1892 p. 302.

(2) *o. c.* 1 sqq.

(3) Vide, quaeso, hac de re quid disputaverint K. Müllenhoff, *Ueber die Weltkarte und Chorographie des Kaisers Augustus*, « Deutsche Altertumskunde » III p. 212 sqq.; *Ueber die römische Weltkarte*, ibid. p. 298 sqq.; E. Schweder, *Ueber die Weltkarte und Chorographie des Kaisers Augustus*, in « Philologus » 54 (1895) p. 319 sqq.; Detlefsen, *o. c.*

II: uniuscuiusque regionis urbium laterculi litterarum ordine dispositi proferebantur;

III: coloniae a ceteris oppidis distinguebantur (1). Quae omnia ex Plinii Italiae descriptione colligi possunt, qui accurate regiones disiungit, earum laterculos profert litterarum plerumque ordine dispositos, colonias multas commemorat easque quoque in litteras plerumque digestas. Hoc etiam discimus, civitates italicas apud Augustum non urbis sed incolarum nomine, quod Graeci ἐθνικόν vocant, commemoratas fuisse. De quo Augusti opere, cui *chorographia* index fuisse videtur (2), plurimae fuerunt virorum doctorum disputationes atque coniecturae, quas minime e re hic percensere mihi visum est; haec tantum dicenda mihi videntur, Augusti opus non Italiam modo complexum esse, sed provincias quoque,

---

(1) Otto Cuntz, *De Augusto Plinii geographicorum auctore*, Bonnae 1888, p. 5.

(2) Cfr. *Divis. orbis terrarum* 1 (Riese, *o. c.* p. 14): *orbis dividitur tribus nominibus, Europa, Asia, Libya vel Africa; quae divus Augustus primus omnium per chorographiam ostendit.* Iulliani vero coniectura (*Le « breviarium totius imperii » de l'empereur Auguste*, in « Mélanges d'archéologie et d'histoire III 1883 p. 158 sqq.) chorographiam idem fuisse atque breviarium totius imperii, de quo v. infra p. LIV, 75, minime probari posse videtur. — Quod vero fragmentum Augusti chorographiae Annius Viterbensis edidit (*Itinerarii fragmentum sub Antonini Pii nomine editum cum Aethici cosmographia a Josia Simlero*, Basil. 1575 p. 295: *Divus Augustus, quamvis totum orbem recte diviserit, ubi ait: Orbis totus dividitur in partes tres, Europam, Africam et Asiam, quae fere est dupla ad quamlibet duarum, in descriptione tamen locorum orbis multa loca memoratu digna siluit, quaeve in praecipuis itineribus oppida et urbes occurrant, quae maxime tum milibus tum peregrinantibus tum historicis non parum proficiunt, neglexit*) nullam habere veritatis notam demonstratum est: cfr. *Itinerarium Antonini Augusti et Hierosolymitanum ex libris manu scriptis ediderunt* G. Parthey et M. Pinder p. 259.

quod et Detlefsen (1) de Hispania et Cuntz (2) de ceteri regionibus demonstraverunt, laterculisque, qui in ec exhibebantur, tabulas censorias subiisse (3). Ex hoc opere quod libri formam habuisse cum Oehmicheno (4) et Cuntzio (5) atque Klotzio (6) faciendum est, multa qu secuti sunt geographi, praesertim Plinius, hauserunt (7)

---

(1) DETLEF DETLEFSEN, *Varro Agrippa und Augustus al Quellenschriftsteller des Plinius für die Geographie Spaniens*, ir « *Commentationes Philologae in honorem Theodori Mommseni* Berolini 1877 p. 23-34.

(2) O. CUNTZ, *De Augusto Plinii geographicorum auctore* p. 6 sqq.; *Agrippa und Augustus als Quellenschriftsteller de Plinius in den geographischen Büchern der naturalis historia* in « Neue Jahrbücher für Philologie und Paedagogik » 17 Sup plementband 1890 p. 475 sqq.

(3) O. CUNTZ, *De Aug. Plinii geogr. auct.*, p. 48 sq.; TH. MOMM SEN, *Die italischen Regionen*, in « Kiepert-Festschrift » Berlir 1898 p. 101 sqq.; iterum in « Gesammelte Schriften » V, Berlir 1908 p. 275 sqq.; A. KLOTZ, *Quaest. Plin. geogr.* p. 89 sqq.

(4) GUSTAV OEHMICHEN, *Die Descriptio totius Italiae de Kaisers Augustus*, « Plinianische Studien », Erlangen 188(p. 48 sqq.

(5) O. CUNTZ, *De Aug. Plinii geogr. auct.* p. 49.

(6) *o. c.* p. 89 sq.

(7) Vide: C. JULLIAN, *Les transformations politiques de l'Itali sous les empereurs romains* (pp. 78-86: *L'Italie divisée en ré gions*), Paris 1884; O. CUNTZ, *Agrippa und Augustus* etc. MÜLLENHOFF, *Ueber die Weltkarte und Chorographie d. K. A* « Kleine Schriften » V Leipzig 1894 p. 232; E. SCHWEDER *Ueber die Weltkarte und Chorographie des Kaisers Augustus*, ir « Neue Jahrbücher für Philologie und Paedagogik » 145 (1892 p. 113 sqq.; idem in « Philologus » 54 (1895) pp. 319-344 528-559; 56 (1897) pp. 130-162; D. DETLEFSEN, *Die Beschreibung Italiens in der Naturalis Historia des Plinius und ihre Quellen* Leipzig 1901 (*Quellen und Forschungen*, Heft 1); W. BARTHEL *Zur Geschichte d. röm. Städte in Africa*, Greifswald 1904 (pp. 23-40 *Augustus als Quelle der Plinianischen Darstellung der Provin*

Quod vero ad *libros coloniarum* pertinet (1) (*incipit liber Augusti et Neronis Caesaris* est in codice, cuius in fine nominantur *libri Augusti et Neronis Caesarum sed et Balbi mensoris, qui temporibus Augusti omnium provinciarum et formas civitatium et mensuras compertas in commentariis contulit et legem agrariam per diversitates provinciarum distinxit et declaravit*) vide quae doctissime Mommsen disputaverit (2).

***

I. Quod ad Augusti HISTORICA OPERA pertinet, primum de «*commentariis de vita sua*» dicendum est: aliqua enim de vita sua soluta oratione, teste Suetonio (*Aug.* 85), Augustus composuit, quam tredecim libris Cantabrico tenus bello nec ultra exposuit. Librorum numerus Suidae quoque testimonio confirmatur, sed eorum index in controversia versatur, cum Latini rerum scriptores alius alium indicem tradant (3), Graeci autem, praeter Suidam, ὑπομνήματα id opus appellent (4). Wei-

---

Africa); A. KLOTZ, *Quaest. Plin. geogr.* Berlin 1906 (*Quellen und Forschungen* Heft 11); C. PASCAL, *La descrizione d'Italia di Plinio il vecchio tradotta da* LUDOVICO DOMENICHI (Pubblicazioni dell' « Atene e Roma », Sez. di Milano, n. 10), Milano, 1920, Introduzione.

(1) C. LACHMANN, *Gromatici veteres*, Berolini 1848, I pp. 209-262.

(2) Apud eundem LACHMANNUM, *Grom. vet.* II pp. 145-220; iterum in: « Gesammelte Schriften » V, Berlin 1908, pp. 146-199.

(3) Serv. *ad Verg. ecl.* 9, 47 *in libro secundo de memoria vitae suae*; *ad Verg. Aen.* VIII 696 *in commemoratione vitae suae*: *dig.* 48, 24, 1 *libro decimo de vita sua*; Ps.-Plin. *de medic.* 1, 18 *ex commentariis Caesaris Augusti*; Tertull. *de anima* 46 *in vitae illius commentariis.*

(4) Plut. *comp. Dem. cum Cic.* 3; *Brut.* 27; *Ant.* 22; App. *b. c.* V 45; *Illyr.* 14.

chert (1) vero arbitratus est Augustum, opus suum « *de vita sua et rebus gestis* » appellasse: rectius censuit Peter (2) eum, patrem ex parte imitatum, « *commentarios vitae suae* » inscripsisse, item Schanz (3) « *commentarios de vita sua* »; Blumenthal (4) autem hunc fuisse operis indicem iudicavit: « *Caesaris Augusti de vita sua libri XIII* » (vel « *commentarii* »); addidit fortasse Augustus « *ad Agrippam et Maecenatem* » sicut e loco Plutarchi (*Compar. Dem. cum Cic.* 3) effici licet, quo maiorem rebus a se narratis fidem faceret easque utriusque amici testimonio confirmaret, atque simul ut in eos gratum significaret animum. Teste Suetonio, Augustus Cantabrico tenus bello nec ultra vitam suam exposuit, id est usque ad annum 729/25 (5), quo anno bellum ipse gerere desiit legatisque suis C. Antistio T. Carisio finiendum mandavit et quo iterum Ianum ab eo clausum esse constat (6). Neque

---

(1) *o. c.* p. 199.

(2) *Historicorum Romanorum reliquiae* II (Lipsiae 1906) p. LXXII.

(3) *Geschichte der röm. Litt.*[3] II I (München 1911) p. 9.

(4) FRITZ BLUMENTHAL, *Die Autobiographie des Augustus*, in « Wiener Studien » XXXV (1913) p. 113.

(5) PLEW, *Quellenuntersuchungen zur Geschichte des Kaisers Hadrian nebst einem Anhange über das Monumentum Ancyranum und die kaiserlischen Autobiographien*, Strassburg 1890, p. 108; KORNEMANN, *Die historische Schriftstellerei des C. Asinius Pollio*, in « Jahrbücher für klassische Philologie » 22 Supplementband (1895) p. 651; PETER, *Histor. Rom. rel.* II p. LXXII; MISCH, *Geschichte der Autobiographie*, Leipzig und Berlin 1907, p. 152; BLUMENTHAL, *o. c.* p. 114; cfr. GARDTHAUSEN, *o. c.* I II p. 862 sqq. Nulla prolata causa NISSEN (*Die litterarische Bedeutung des Monumentum Ancyranum* in « Rheinisches Museum für Philologie » Neue Folge 41 (1886) p. 492), usque ad annum 727/27 i. e. usque ad principatum constitutum Augusti opus pervenisse suspicatus est.

(6) In indice rerum gestarum Augustus Ianum ter se prin-

mirandum est Augustum rerum potitum, nondum quadragenarium, animum ad vitam suam scribendam induxisse, cum mos esset id provectiore demum aetate fieri; consideremus enim oportet Augustum, qui infirmus a puero et valetudinarius fuit, illo praecipue de quo agimus tempore in tam gravem incidisse morbum, ut in discrimine vitae versaretur (1); verique simillimum videtur eum omni longius vivendi spe abiecta, tum primum cogitationem de se rebusque suis gestis scribendi concepisse, ut suae apud aequales posterosque laudi atque famae consuleret. Multae enim res erant, quarum vehementer Augustum poeniteret, plurimumque eius intererat ut omnia quibus se populi Romani dominum fecerat, de memoria exciderent neve quemquam novi reipublicae status pigeret, ideoque valde ei cordi erat, ut rerum a se gestarum causas rationesque explicaret, criminationes sibi illatas repelleret seu imminueret, quasdam res silentio obliteraret, alias obscuraret vel mutaret vel exornaret; praecipueque triumviratus memoriam atque inhumanitatis saevitiaeque, quam tum ipse exercuerat, maxime eius referebat ut, si non omnino deleret, saltem mitigaret excusaretque. Iis igitur adductus causis vicinaeque mortis metu, consilium de vita sua aliqua scribendi cepit idque ab eo priusquam in Asiam abiret (a. 732/22) factum esse videtur (2). In hoc opere Augustus temporis ordine (3) a natalibus suis exorsus vitam actam narravit

---

cipe clausum esse perhibet, idque primum post bellum Actiacum a. 725/29 factum esse omnes contestantur veteres scriptores; tem inter omnes convenit templum reseratum propter bellum Cantabricum a. 728/26, rursus clausum esse a. 729/25. Cfr. MOMMSEN, *Res gestae divi Augusti*² (Berolini 1883) p. 50.

(1) Suet. *Aug.* 81.

(2) Vide GARDTHAUSEN, *o. c.* I II p. 808 sq.

(3) Id plurimis de causis affirmari potest demonstravitque iam latius diffusiusque PLEW, *o. c.* p. 109 sq. In monumento

breviterque primum de maioribus suis exposuit (fr. 1), ut ignobilitatis opprobria refelleret, quae in ipsum cum alii tum in primis Antonius fuderant; fusius libentiusque de C. Octavio patre locutus est, sicut ex iis rerum scriptoribus, qui Augusti commentariis usi sunt, colligi potest (1); tum somnia atque omina diligenter prodidit, quae prius quam nasceretur et ipso die natali ac deinceps evenissent, quibus futura eius magnitudo portenderetur (2), seu vera seu ab eo ficta ut divino consilio se ortum demonstraret (3), dein pueritiam suam admiratione ab omnibus affectam in domo vitrici transactam narravit (4) et sollicitum in ipsum amorem diligentissimasque curas avunculi, qui iam secum ipse puerum tot laudibus virtutibusque praeditum adoptare constituisset, et primum suum ad rem publicam aditum; totam denique vitam actam usque ad suum Apolloniam iter Caesarisque necis nuntium in primo commentariorum libro eum complexum esse veri simile videtur. Quae autem, audita avunculi nece, Apollonia Romam redeunti evenerint, quaeque reversus publice fecerit, eum in libro secundo fusius diligentiusque tractasse, fragmenta a nobis infra collecta ostendunt; copiose igitur et hereditatem aditam exposuit et ludos, quos Iulius Caesar ad Pharsalum consecraverat, a se editos et sidus crinitum, quod tum apparuit animamque patris Caesaris inter deorum immortalium numina receptam esse nuntiare visum est. Deinde iis qui secuti sunt libris omnes res a se gestas quaedam vel defen-

---

autem Ancyrano capitulatim res a se gestas Augustus prosecutus est.

(1) Suet. *Aug.* 2; Vell. II 59, 2; Nic. Dam. *de Aug. inst.* 2. Cfr. Plew, *o. c.* p. 109 adnot. 2; Misch, *o. c.* p. 153; Blumenthal, *o. c.* p. 123.

(2) Suet. *Aug.* 94; Dio Cass. XLV 1.

(3) Plew, *o. c.* p. 114 adnot.

(4) Blumenthal, *o. c.* p. 123.

lendo vel mutando vel augendo (1), ut supra diximus, xposuit, usque ad Cantabriam domitam Ianumque lausum. Nec modo res publicas in commentariis suis Augustus exposuit, sed etiam res ad vitam privatam lomesticamque pertinentes tractavit criminibusque urgare conatus est, praecipueque eas, quae ipsi pud aequales opprobrio atque dedecori erant, ut diortium cum Scribonia factum Liviaeque coniugium, uod omnium indignationem atque reprehensionem in llum movisse constat (2). Denique magnum in Augusti ommentariis locum omina somniaque obtinebant (3) aque Augustum accurate et libenter narrasse nimiumue adeo in hoc fuisse non est cur miremur, cum reliionibus superstitionibusque eum obstrictum fuisse conitum habeamus (4).

Hoc Augusti historicum opus arte ex rhetorum discilina petita ornatum, sicut orationes fictae ostendunt, uas narrationi, Caesaris exemplum secutus, inseruit vide fr. CLXXIV), sermonis elegantia atque nitore comnendabatur, nec immerito iudicavit Peter (5) laudes uas veteres rerum scriptores de Augusti polite eleganerque scribendi genere tradiderunt, ad commentarios raecipue spectare, cum in epistulis communi atque amiliari sermone uti soleret; sed valde dolendum est

---

(1) Hoc istius Augusti historici opus vitium perperam Blumenthal (*Die Autobiographie des Augustus* in « Wiener Studien » XXVI 1914 p. 103) excusare conatus est.

(2) Vide Blumenthal, *o. c.* « Wiener Studien » XXXV 1913 . 285.

(3) De ominibus in Augusti commentariis satis disputarunt lew, *o. c.* p. 111 sqq.; Gardthausen, *o. c.* I II p. 497; Misch, c. p. 155 sq.; Blumenthal, *o. c.* « Wien. St. » XXXV 1913 . 122.

(4) Suet. *Aug.* 91.

(5) Peter, *Hist. Rom. rel.* II p. LXXIII.

unum tantum idque tenue eius in commentariis scribend rationis documentum (fr. CLXVII) superesse.

Ex hoc fonte multa veteres rerum scriptores hauserun non semper ea, qua oporteret, cura atque prudentia usi qua de re cum iam satis Peter (1) penitusque post eum copioseque Blumenthal (2) disputaverint, liceat mihi ad eos benignum remittere lectorem.

De duobus autem fragmentis mentionem faciam oportet, quae a Petero edita praetermittenda censui alterum est formula oculis medendi (Ps.-Plin. *de medicat.* 18 p. 21 ed. Basil.; Peter, *o. c.* p. 62 sq.), quod falsum post Weichertum, demonstravit Val. Rose (*Ueber di medicina Plini*, « Hermes », VIII 187 3p. 18 sq.); Pete vero, quamquam de eius auctoritate vehementer dubitaba (p. LXXV et sq.), id omnino explodere ausus non est Alterum est fragmentum a Suetonio (*de nat. rer.* p. 24 Reifferscheid) relatum, quod ad epistulas pertinere censu interque epistularum fragmenta edidi (fr. LX). Ho unum denique, quod ad commentarios pertinet, mih est monendum, reliquias atque testimonia temporun ratione, quoad fieri potuit, adhibita me edidisse.

II. Suetonio teste (*Claud.* I) Augustus, cum privignu eius Drusus in Germania supremum diem obisset eiusqu corpus a Nerone patre Romam pervectum in tumul C. Iuli reconditum esset, non modo eum pro contione hone stissime laudavit (3), sed etiam inscriptionem sepulcraler versibus a se compositis monumento Drusi incidendar curavit (4) et vitae eius memoriam soluta oratione com posuit. Sed de hoc Augusti opere unum Suetoni testi monium habemus: veri autem simillimum est id magnar

---

(1) ibid. p. LXXIII sqq.

(2) FRITZ BLUMENTHAL, *o. c.* « Wiener Studien » XXXV (191 pp. 113-130; pp. 267-288; XXXVI (1914) pp. 84-103.

(3) Vide supra p. XXXVI.

(4) Vide supra p. XIV.

partem cum laudatione congruisse, quod cum Graff (1) tum Vollmer (2) iam suspicati sunt.

III. Ait Dio (LIII 30 sq., ad annum 731/23) Augustum undecimum consulem cum Calpurnio Pisone, adeo gravi decubuisse morbo, ut nulla salutis spes adesset: itaque omnibus rebus, ut fato concessurus dispositis, magistratibus et senatorum equitumque primoribus ad se convocatis, nemine sibi successore constituto, cum omnes putarent Marcellum ad hoc ab eo destinatum iri; postquam nonnulla iis de publicis negotiis exposuisset, Pisoni libellum in quem exercituum publicorumque redituum indicem conscripsisset, Agrippae anulum tradidisse. Ad idem tempus pertinet quod apud Suetonium (3) scriptum legimus, magistratibus ac senatoribus domum accitis rationarium imperii eum tradidisse. Quod vero saepius ab Augusto ac singulis annis factum esse, ex alio Suetoni loco (4) colligi licet.

IV. Priusquam supremum diem obiret (XIV Kal. Septemb. a. 767/14) Augustus quattuor volumina (5) diligentissime signata apud virgines Vestales deposuit, quae post eius mortem in senatum adlata ibique aperta et recitata sunt. Horum voluminum primo testamentum, quod ante annum et quattuor menses quam decederet (III non. Apr. a. 766/13), fecerat; altero « mandata de funere suo » comprehenderat; tertio ediderat « indicem

---

(1) H. Graff, *De Romanorum laudationibus commentatio*, Dorpati, 1862, p. 70.

(2) Vollmer, *Laudationum funebrium Rom. hist. et rel. editio*, in « Neue Jahrb. für Philol. und Paed. » 18 Supplementband 1892 p. 484.

(3) Suet. *Aug.* 28.

(4) Suet. *Cal.* 16.

(5) Mommsen, *Res gestae divi Augusti*[2] (Berolini 1883) p. 1; H. Peter, *Die gesch. Litt. über die röm. Kaiserz.*, I p. 483; Gardthausen, *o. c.* I p. 1264 sqq.

rerum a se gestarum, quem vellet incidi in aheneis tabulis, quae ante mausoleum statuerentur »; quarto denique « breviarium totius imperii » (1). Quintum vero volumen Augustum reliquisse, « mandata de administranda republica » continens, testatur Dio (LVI 33), quod volumen non tam omittunt, quam cum quarto coniungunt Suetonius (*Aug.* 101, 1) et Tacitus (ann. I 11): huc pertinent Tacitus (*Agr.* 13) nec non Suetonius (*Ner.* X). Huius operis caput fuisse « ordinationem comitiorum », quam Velleius (II 124) memorat, veri est simillimum (2). Quibus ex operibus unum tantum idque fere integrum nobis servatum est, index rerum gestarum, de quo fusius nunc est nobis dicendum.

INDEX RERUM GESTARUM. — Voluntati principis heredes obsecuti, indicem in quo ipse paucis ante mortem mensibus (3) perscripserat *τὰ ἔργα ἃ ἔπραξε πάντα, ἃ κα ἐς χαλκᾶς στήλας πρὸς τῷ ἡρῴῳ αὐτοῦ σταθείσας ἀναγραφῆνα ἐκέλευσε* (4), ante Mausoleum Augusti proposuerunt in Campo Martio situm; exemplar enim, quod Ancyrae, in Galatiae provinciae urbe, servatum est, descriptum di

---

(1) Cfr. C. JULLIAN, *Le « breviarium totius imperii » de l'empereur Auguste*, in « Mélanges d'Arch. et d'hist. » III, 188 pp. 149-182.

(2) Cfr. L. CANTARELLI, *L'iscrizione di Ancira*, in « Bullettino della commissione archeologica comunale di Roma » 188 p. 5 sqq.

(3) Contendit MOMMSEN (*Res gestae divi Augusti*[2] p. 2 et 194 indicem ab Augusto multo ante mortem confectum esse, scilice anno fere 750/4, ea vero quae posterioris aetatis sunt, vel a ipso postea supplementi loco addita, vel a Tiberio, pia inter polatione postuma. Quam sententiam nullo modo posse probar demonstravit P. GEPPERT (*Zum Monumentum Ancyranum* Berlin 1887 p. 3).

(4) Dio Cass. LVI 33.

citur in inscriptione ex *duabus aheneis pilis, quae sunt Romae positae* (1).

Commentarius per exemplaria ad nos pervenit et ipsius et graecae interpretationis, quae publico consilio in lapide incidi iusserunt duae graecae res publicae, provinciae Galatiae utraque, Ancyrana et Apolloniensis: Apolloniae autem non, nisi interpretationis graecae particulae supersunt (2); Ancyrae vero, in parietibus aedis Augusti et Romae, quae ex marmore albo facta est, index et latine et graece incisus, paucis modo litteris maxime in compagibus exesis, integer servatus est, ideoque « Monumentum Ancyranum » Augusti index rerum gestarum vulgo est appellatus; atque ibi primum a. 1555 legati duo eum legerunt ab imperatore Germaniae Ferdinando II ad imperatorem Turcarum Solimanum Vindobona Amasiam missi, Augerius Gislenius Busbequius Batavus et Antonius Wrantzius sive Verantius episcopus Agriae cum comitibus suis. Anno vero 1914, tertium exemplum, latine tantum, aliam quoque Asiae Minoris urbem proposuisse compertum est: eo enim anno W. M. Ramsay, vir antiquitatis studiosissimus, Antiochiae, in urbe Pi-

---

(1) Mausoleum, quod inter Flaminiam viam et ripam Tiberis anno 726/28, Augustus ipse, teste Suetonio (*Aug.* 100, 1) exstruxerat, ita Strabo (V 3, 8) descripsit: *ἀξιολογώτατον δὲ τὸ Μαυσώλειον καλούμενον, ἐπὶ κρηπῖδος ὑψηλῆς λευκολίθου πρὸς τῷ ποταμῷ χῶμα μέγα, ἄχρι κορυφῆς τοῖς ἀειθαλέσι τῶν δένδρων συνηρεφές· ἐπ' ἄκρῳ μὲν οὖν εἰκών ἐστι χαλκῆ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος, ὑπὸ δὲ τῷ χώματι θῆκαί εἰσιν αὐτοῦ καὶ τῶν συγγενῶν καὶ οἰκείων, ὄπισθεν δὲ μέγα ἄλσος περιπάτους θαυμαστοὺς ἔχον· ἐν μέσῳ δὲ τῷ πεδίῳ ὁ τῆς καύστρας αὐτοῦ περίβολος καὶ οὗτος λίθου λευκοῦ, κύκλῳ μὲν περικείμενον ἔχων σιδηροῦν περίφραγμα, ἐντὸς δ' αἰγείροις κατάφυτος.*

(2) Vide: A. v. Domaszewski, *Ein unerkanntes Fragment des Monumentum Apolloniense*, in « Philologus » 70 (1911) p. 569 sq.

sidiae, cum in foro, ubi templum Augusti olim exstabat, effoderet, fragmenta lapidea repperit inscriptionis plane cum Augusti rerum gestarum indice congruentis. Fragmenta, quae quidem plus unam litteram complectebantur, eaque IL fuerunt, in « *Journal of roman studies* » volumine VI (1916), sub hoc titulo: « Monumentum Augusti Antiochenum », edita sunt. Post autem confectum ingens illud bellum, quod totum fere orbem terrarum concussit, mense maio a. 1924 rursus ibidem effodi coeptum est atque Ramsayi iussu, operam suam huc contulerunt etiam tres viri ad universitatem pertinentes « *of Michigan Expedition to Asia Minor* »: David M. Robinson, Enoch E. Peterson, H. S. Feizy: alia CCXX fragmenta in lucem tum prolata sunt, quae non nihil ad indicem Augusteum restituendum valuerunt: ediderunt ea Robinson in « *American Journal of Philology* » vol. XLVII (1926) atque nuperrime Ramsay et Premerstein, in « Klio » Beiheft XIX (1927).

Commentarius quinque et triginta capita complectitur non numerata quidem, sed versu primo eminente distincta: numeros adiecit Mommsen. « Idem commentarius, ut ipsius Mommseni verbis utar, tripertitus est: agitur primum de honoribus in Augustum collatis, id est de magistratibus sacerdotiis triumphis reliquisque similibus multis et variis (c. I-XIV), deinde de impensis quas in rem publicam de suo fecit (c. XV-XXIV), denique de rebus gestis pace belloque (c. XXV-XXXV); itaque qui titulum dictavit rerum gestarum divi Augusti, quibus orbem terrarum imperio populi Romani subiecisset, et impensarum, quas in rem publicam populumque Romanorum fecisset, primam partem omisit, secundam tertiamque invertit. Quamquam partitionem illam Augustus secutus est in universum tantum sine scrupulosa anxietate: ita in primo tractatu ubi censoriae potestatis meminit, ipsos quoque census fuse enarrat (c. VIII), tertio inseruit non solum honores cum rei publicae restitutione

coniunctos, quod potest defendi (c. XXIV), sed etiam titulum patris patriae sibi oblatum (c. XXXV); denique non pauca sunt, quae pari iure et primo et tertio ordini inferri potuerunt ».

Quid autem de Monumento Ancyrano sit iudicandum cuive litterarum generi adscribendum, multa fuerunt virorum doctorum coniecturae (1): e quibus potissima Bormanni (2) videtur, quocum et Nissen (3) et Schmidt (4) faciunt, quemque Cantarelli (5) sequitur, Augusti elogium sepulcrale id habendum esse. Utcumque vero iudicare volumus, magnum quoddam novumque in litterarum historia illud esse monumentum miraque quadam reverentia animos nostros imbuere fatendum est.

Ediderunt: TH. MOMMSEN (6), qui doctissimum adiecit commentarium historicum, Berolini a. 1865, iterum a. 1883; TH. BERGK, *Augusti rerum a se gestarum index cum graeca metaphrasi*, Gottingae, 1873; R. CAGNAT et C. PELTIER, *Res gestae divi Augusti d'après la dernière recension avec l'analyse du commentaire de* TH. MOMMSEN, Paris, 1886; E. JACOB, *Res gestae divi Augusti*, in volumine II alterius editionis Taciti annalium, Paris, 1886; A. ALLMER, *Les gestes du dieu Auguste d'après l'inscription*

(1) Eas diligenter percensuit L. CANTARELLI, *L'iscrizione di Ancira*, in « Bullettino della comm. arch. com. di Roma » 1889, p. 7 sqq.

(2) E. BORMANN, *Bemerkungen zum schriftlichen Nachlass des Kaisers Augustus*, Marburger Programm 1884 p. 4 sq.

(3) H. NISSEN, *Die litterarische Bedeutung des Monumentum Ancyranum*, in « Rhein. Mus. » 41 (1886) p. 480 sqq.

(4) G. SCHMIDT, *Zum Mon. Anc.* in « Philologus » 44 (1885) p. 455 sqq.; 45 (1886) p. 393 sqq.; 46 (1887) p. 82 sq.

(5) *o. c.* p. 16.

(6) Editiones antiquiores, imperfectas atque mendosas supervacaneum recensere mihi visum est, quas reperies apud FABRICIUM (*o. c.*) et EGGERUM (*Examen critique des historiens anciens de la vie et du règne d'Auguste* p. 412 sqq.).

du temple d'Ancyre, avec restitution et commentaires *Extraits du Mon. Anc.* (1865-83) *de* TH. MOMMSEN Vienne, 1889; A. WEIDNER[2], *Q. Horatius Flaccus, für den Schulgebrauch, mit der vita Suetonii und dem Mon. Anc. bearbeitet von* RUDOLF FRANZ, Leipzig, 1907; E. DIEHL, *Res gestae divi Augusti* (*Das Mon. Anc.*), Bonn, 1908, iterum 1910, tertium 1918, quartum 1925; J. E. SANDYS, *Latin epigraphy*, Cambridge, 1919, pp. 258-276; E. G. HARDY, *The Mon. Anc.*, Oxford, 1923; cum fragmentis exemplaris Antiocheni: D. M. ROBINSON, *The Deeds of Augustus as recorded on the Monumentum Antiochenum*, in « American Journal of Philology », XLVII (Baltimore, 1926), pp. 1-54; W. M. RAMSAY und A. VON PREMERSTEIN, *Monumentum Antiochenum* in « Klio », Beiheft XIX (Leipzig, 1927).

Opera quae ad indicem rerum gestarum pertinent, quae quidem ipsa comperta habeo, haud alienum hic percensere iudicavi:

G. BOISSIER, *Le Testament politique d'Auguste*, in « Revue des deux mondes » XLIV (1863) pp. 734-747.

C. CAVEDONI, *Il mon. anc. di Cesare Augusto illustrato coi riscontri delle sue medaglie*, in « Opuscoli religiosi, letterari e morali » II VI, Modena 1865 pp. 321-354.

E. VINET, *L'art et l'archéologie*, Paris 1874 pp. 259-266 (*Le Testament d'Auguste à Ancyre*).

O. HIRSCHFELD, *Mon. Anc.* in « Wiener Studien », III (1881) pp. 252-264; *Zum Mon. Anc.* ibid. VII (1885) pp. 170-174; *Zum Mon. Anc.* in « Arch. epigr. Mittheil. aus Oesterreich » 1885 p. 170 sq.; iterum in *Sitzungsberichte der kgl. preuss. Akademie der Wissenschaften*, 1886 p. 1154; *Die kaiserlichen Grabstätten in Rom*, ibid. 1915 p. 423.

E. BORMANN[1], *Bemerkungen zum schriftlichen Nachlass des Kaisers Augustus, Marburger Programm* 1884.

O. SEEK, *Wochenschrift für klassische Philologie* 1884, 1475 sqq.

H. HAGEN, *Kaiser Augustus als Selbstbiograph* (*Monumentum von Ancyra*) in « Alpenrosen » 14 (1884) pp. 309-312; 318-320; 325-327; 334-336; 341-343.

J. SCHMIDT[1-3], in « Philologus » 44 (1885) p. 448 sqq.; 45 (1886) p. 393 sqq.; 46 (1887) p. 70 sqq.

J. H. MIDDLETON, *Ancient Rome*, Edinburgh 1885 p. 435.

ED. WÖLFFLIN[1-2], *Epigraphische Beiträge* in *Sitzungsberichte der philosophisch-philologischen und historischen Classe der kgl. bayer. Akademie der Wissenschaften zu München* 1886 p. 253 sqq.; 1896 p. 160 sqq.

ED. WÖLFFLIN, in « Archiv für lateinische Lexicographie und Grammatik » 3 (1886) p. 130.

U. v. WILAMOWITZ-MÖLLENDORFF, *Res gestae divi Augusti*, in « Hermes » 21 (1886) pp. 623-627.

H. NISSEN, *Die litterarische Bedeutung des Mon. Anc.*, in « Rhein. Mus. » 41 (1886) pp. 481, 492, 494.

P. GEPPERT, *Zum Mon. Anc.*, Berl. 1887 p. 11.

TH. MOMMSEN, *Der Rechenschaftsbericht des Augustus*, in « Historische Zeitschrift » 1887 pp. 385-397; *Römische Geschichte* V p. 600 sqq.; *Brief an L. Renier über das M. A.* in « Journal des Savants » 12 p. 176 et sqq.

P. VIERECK, *Sermo graecus*, Göttingen 1888 pp. 85-88 (*De rerum gestarum divi Augusti versione graeca*).

L. CANTARELLA, *L'iscrizione di Ancira* in « Bullettino della commissione archeologica comunale di Roma » 17 (1889) pp. 4-16; ibid. 1900 pp. 139-145.

J. PLEW, *Quellenuntersuchungen zur Geschichte des Kaisers Hadrian, nebst einem Anhange über das Mon. Anc. und die Kaiserlichen Autobiographien*, Strassburg 1890.

FR. HAUG, *Bursians Jahresberichte über die Fortschritte der Altertumswissenschaft* 56 (1890) p. 87 sqq.

ED. NORDEN, *Die antike Kuntsprosa*[2] p. 268 sq.

H. PETER, *Die geschichtliche Litteratur über die römische Kaiserzeit* I p. 453 sqq.

V. GARDTHAUSEN, *Augustus und seine Zeit* I p. 1279 sqq.; II p. 874 sqq.

E. BORMANN[2], *Verhandlungen der 43 Versammlung deutscher Philologen und Schulmänner in Köln* (Leipzig 1895) p. 184 sqq.

J. W. BECK, *De monumento ancyrano sententiae controversae*, in «Mnemos.» XXV 1897 pp. 349-360; XXXV 1898 pp. 237-257.

K. WILLING, *Die Thaten des Kaisers Augustus von ihm selbst erzählt (Mon. Anc.) überzetzt und erklärt*, Halle 1897.

W. FAIRLEY, *Mon. Anc. The deeds of Augustus*, Philadelphia 1898.

K. ENGELHARDT, *Zum Mon. Anc.*, Speyer 1902.

R. CAGNAT et G. LAFAYE, *Inscriptiones Graecae ad res Romanas pertinentes* III 1 (1902) p. 65 sqq. nr. 159.

E. KORNEMANN, *Zum Monumentum Ancyranum*, «Klio» II 1902 p. 141; *Weiteres zum M. A.* «Klio» III 1903 p. 74; *Nochmals das M. A.* «Klio» IV (1904) p. 89; *Zum Streit um die Entstehung des Monumentum Ancyranum*, «Klio» (1905) p. 317; *Berl. philol. Woch.* 1906, 120; *Das Mausoleum des Augustus und der Tatenbericht des Kaisers*, «Klio» XIV 1914 p. 377; *Neues zum Mon. Anc.*, «Klio» 1917 p. 214 sq.

U. WILCKEN, *Zur Entstehung des M. A.*, «Hermes» 38 (1903) p. 618.

G. SIGWART, *Die Schreibung der Zahlen im M. A.* «Klio» III (1903) p. 548.

ED. WÖLFFLIN, *Sueton und das M. A.* «Archiv für lat. Lexikographie und Gramm.» XIII (1904) pp. 193-199.

F. GOTTANKA[1], *Suetons Verhältniss zu der Denkschrift des Augustus (Mon. Anc.)*, Progr. Münch. 1904.

F. KAEPP, *Mitteil. des römischen Instituts* 19 (1904) p. 51 sqq.

W. FUERST, *Suetons Verhältnis zu der Denkschrift des Augustus*, Dissert. Erlangen 1904 p. 58.

A. v. Domaszewski, *Untersuchungen zur römischen Kaisergeschichte*, « Rhein. Mus. » 59 (1904) p. 302 sqq.
G. Kazarow, *Zum M. A.* « Klio » V (1905) p. 416.
G. Misch, *Geschichte der Autobiographie im Altertum*, Leipzig 1907 p. 157 sqq., 385 sqq.
Chr. Huelsen, *Topographie von Rom* 3 (1907) p. 620 sqq.
Fr. Marks, *Zur Komposition der Res gestae des Kaisers Aug.* « Festschr. d. Paedagogiums in Putbus » (1908).
N. Vulic, *Quando fu scritto il Mon. Anc.?*, « Rivista di Storia antica » 13 (1909) pp. 41-43.
F. Blumenthal, *Zur zensorischen Tätigkeit des Augustus*, « Klio » IX (1909) p. 493.
G. Sigwart, *Sueton und das M. A.* « Klio » X (1910) p. 394.
W. L. Westermann, *The Monument of Ancyra*, « American Historical Review » 17 (1911) nr. 1.
H. Traut, *Horaz' Römeroden und der clupeus aureus des M. A.* in « Philologus » 70 (1911) pp. 317-320.
R. Wirtz, *Ergänzungs- und Verbesserungsvorschläge zum M. A.* Programm Trier 1912.
M. Besnier, *Récents travaux sur les Res gestae divi Augusti* in « Mélanges Cagnat », Paris 1912.
M. Rostowzew, *Titel und Charakter des M. A.* Petersburg 1913; v. *Revue archéologique* 23 (1914) p. 500.
F. Gottanka[2], *Blätter für das bayerische Gymnasialschulwesen* 49 (1913) p. 121 sqq.
H. Mueller, *Suetons Verhältniss zum M. A.* Programm Würzburg 1914.
W. M. Ramsay, *Colonia Caesarea* (*Pisidian Antioch*) *in the Augustan Age*, in « Journal of roman studies » VI 1916 (*Augustus and Colonia Caesarea* pp. 105-108; *Monumentum Augusti Antiochenum* pp. 108-111; *Text of Monumentum Antiochenum* pp. 111-129).
J. E. Sandys, *Latin epigraphy*, pp. 258-276 (Cambridge 1919).
F. Koepp, *Zum Mon. Anc.* in « Sokrates » VIII (1920) pp. 289-297.

E. G. Hardy, *Augustus and his legionaries* in « The classical Quarterly » XIV (1920) pp. 187-194.

A. P. M. Meuwese, *De rerum gestarum Divi Augusti versione graeca.* Specimen litterarium inaugurale, Buscoduci 1920.

A. v. Premerstein, *Zum Monumentum Ancyranum* in « Philologische Wochenschrift » XLII (1922) pp. 135-143; *Zur Aufzeichnung der Res gestae divi Augusti in Pisidischen Antiochia* in « Hermes » LIX (1924) pp. 95-107.

V. Ehrenberg, *Monumentum Antiochenum* in « Klio » XIX (1924) pp. 189-213.

R. Heinze, *Auctoritas* in « Hermes » LX (1925) pp. 348-366.

D. M. Robinson, *The Deeds of Augustus as recorded on the Monumentum Antiochenum*, in « American Journal of Philology » XLVII (1926) pp. 1-54.

W. M. Ramsay, *Studies in the roman Province Galatia* in « Journal of roman studies » XVI (1926) pp. 102-119.

G. A. Harrer, *Res gestae Divi Augusti* in « Studies in Philology » XXIII (1926) pp. 387-403.

A. P. M. Meuvese, *De versione graeca Monumenti Ancyrani quaestiones* in « Mnemosyne » LIX (1926) pp. 224-233.

W. M. Ramsay und A. von Premerstein, *Monumentum Antiochenum* in « Klio » Beiheft XIX (Leipzig 1927).

V. Lundstroem, *Till Res gestae Divi Augusti kap. 1*, in « Eranos », Acta phil. Suecana, XXV (1927) pp. 179-185; *Till Res gestae Divi Augusti kap. 2*, *ibid.*, pp. 226-228.

*
* *

Ad veriorem Augusti mentis animique imaginem reddendam, haud alienum mihi visum est quae eius dicta et apophthegmata rerum scriptores memoriae passim tradiderint, collecta edere: quae luculenter copioseque ostendunt eum non modo facetum dicacemque fuisse, sed petulantem etiam interdum et acri argutoque ingenio praeditum. In quibus percensendis minime temporum, quibus ea fuerint pronuntiata, ordinem me secutam esse monitos lectores volo, quod perdifficile erat nec interdum ullo pacto fieri poterat, sed rerum scriptorum, qui ea nobis servarint, solam rationem habuisse.

Postremo hoc mihi est declarandum, in appendice critica non modo varias discrepantesque codicum lectiones, nec non, ubi oportunum iudicaverim, virorum doctorum emendationes vel coniecturas protulisse, sed notulas etiam quasdam ad fragmenta plenius explananda atque illustranda addidisse.

Sed iam ipsas Augusti reliquias proponam.

In iis fragmentis, quae libris manu scriptis tradit sunt,

⟨ ⟩ acutis uncis, ut mos est, ea saepsi, quae contr codicum fidem supplenda videbantur;

[ ] quadratis uncis quae delenda.

In iis contra, quae lapidibus vel papyris (fr. XCVI servata sunt,

[ ] quadratis uncis, ut fieri solet, deperditorun supplementa circumdedi;

⟨ ⟩ acutis, quae perperam addita ideoque delend videbantur;

( ) rotundis quae per errorem omissa atque ide addenda.

I.

CARMINA

1. Sicilia.

I.

Suet. *Aug.* 85, 2: Poetica summatim attigit. unus liber extat scriptus ab eo hexametris versibus, cuius et argumentum et titulus est Sicilia.

1. Epigrammatum liber.

II.

Plin. *epist.* V 3, 1 sqq. Cum plurima officia tua mihi grata et iucunda sunt, tum vel maxime, quod me celandum non putasti fuisse apud te de versiculis meis multum copiosumque sermonem eumque diversitate iudiciorum longius processisse, extitisse etiam quosdam, qui scripta quidem ipsa non improbarent, me tamen amice simpliciterque reprehenderent, quod haec scriberem recitaremque. Quibus ego, ut augeam meam culpam, ita respondeo: facio non numquam versiculos severos parum.... An ego verear.. ne me non satis deceat, quod decuit M. Tullium... divum Iulium, divum Augustum, divum Nervam, Tiberium Caesarem?

III.

Suet. *Aug.* 85, 2: extat alter aeque modicus (*liber*) epigrammatum, quae fere tempore balinei meditabatur.

IV.

Quod futuit Glaphyran Antonius hanc mihi poenam
  Fulvia constituit, se quoque uti futuam
Fulviam ego ut futuam? quid si me Manius oret
  paedicem, faciam? non puto, si sapiam.
« Aut futue, aut pugnemus » ait. Quid, quod mihi vita
  carior est ipsa mentula? signa canant!

V.

Convivae, tetricas hodie secludite curas,
  ne maculent niveum nubila corda diem:
omnia sollicitae vertantur murmura mentis,
  ut vacet indomitum pectus amicitiae.
Non semper gaudere licet: fugit hora, iocemur:
  difficile est fatis subripuisse diem.

3. Aiax tragoedia.

VI.

Suet. *Aug.* 85, 2: nam tragoediam magno impetu exorsus, non succedenti stilo, abolevit quaerentibusque amicis, quidnam Aiax ageret, respondit Aiacem suum in spongiam incubuisse.

IV. Martial. *epigr.* XI 20: *Caesaris Augusti lascivos, livide versus | sex lege, qui tristis verba latina legis : | « Quod . . canant! » | Absolvis lepidos nimirum, Auguste, libellos, | qui scis Romana simplicitate loqui.*

V. *Cod. Bern.* 109 fol. 136; *Rhein. Mus.* XXXV p. 569; Baehrens *PLM.* IV 122; Riese, *Anth. Lat.*^{2} 719^{7} p. 203.

VII.

Macrob. *saturn.* II 4, 2: (*Augustus*) Aiacem tragoediam scripserat, eandemque, quod sibi displicuisset, deleverat. postea L. Varius tragoediarum scriptor interrogabat eum, quid ageret Aiax suus et ille « in spongiam, inquit, incubuit ».

VIII.

Suid. *Lexikon* (*ed.* BERHNARDY I p. 851): *Αὔγουστος Καῖσαρ ἔγραψε ... καὶ τραγῳδίαν Αἴαντός τε καὶ Ἀχιλλέως.*

4. Fescennini.

IX.

Macrob. *saturn.* II 4, 21: Temporibus triumviralibus Pollio cum Fescenninos in eum Augustus scripsisset, ait: « at ego taceo. non est enim facile in eum scribere, qui potest proscribere ».

5. Drusi elogium.

X.

Suet. *Claud.* 1, 5: nec contentus elogium tumulo eius versibus a se compositis insculpsisse, etiam vitae memoriam prosa oratione composuit (*sc. Augustus*).

6. Versus Graeci.

XI.

Plin. *nat. hist.* XXXV 10, 91: Venerem exeuntem e mari divus Augustus dicavit in delubro patris Caesaris, quae anadyomene vocatur, versibus Graecis ta*nt*opere dum laudatur, ⟨aevis⟩ vict*a*, sed inlu-

strat*a*. cuius inferiorem partem corruptam qui reficeret non potuit reperiri, verum ipsa iniuria cessit in gloriam artificis. consenuit haec tabula carie, aliamque pro ea substituit Nero in principatu suo Dorothei manu.

XII.

Macrob. *saturn.* II 4, 31: Solebat descendenti a Palatio Caesari honorificum aliquod epigramma porrigere Graeculus. id eum frustra saepe fecisset, rursumque eum idem facturum vidisset Augustus, breve sua manu in charta exaravit graecum epigramma, pergenti deinde ad se obviam misit.

XIII.

κτίστου δὲ τύμβον εἰσορῶ πυρούμενον.

XIV.

ὁρᾷς φάεσσι Μασγάβαν τιμώμενον;

XIII. Suet. *Aug.* 98, 4: Vicinam Capreis insulam Apragopolim appellabat a desidia secedentium illuc e comitatu suo. sed ex dilectis unum, Masgaban nomine, quasi conditorem insulae, *κτίστην* vocare consueverat. huius Masgabae ante annum defuncti tumulum cum e triclinio animadvertisset magna turba multisque luminibus frequentari, versum compositum ex tempore clare pronuntiavit: *κτίστου... πυρούμενον.*

XIV. Suet. *ibid.*: conversusque ad Thrasyl⟨l⟩um Tiberi comitem contra accubantem et ignarum rei interrogavit, cuiusnam poetae putaret esse; quo haesitante subiecit alium: *ὁρᾷς . . . τιμώμενον;*

XV.

ἐπεὶ δὲ πάνυ κα⟨λ⟩ῶς πέπαισται, δότε κρότον
καὶ πάντες ἡμᾶς μετὰ χαρᾶς προπέμψατε.

XV. Suet. *Aug.* 99, 1: Supremo die identidem exquirens, an m de se tumultus foris esset, petito speculo capillum sibi mi ac malas labantes corrigi praecepit et admissos amicos ercontatus, ecquid iis videretur mimum vitae commode ansegisse, adiecit et clausulam: *ἐπεὶ . . . προπέμψατε.*

II.

EPISTULAE

1. AD RES PRIVATAS PERTINENTES

Ad Liviam uxorem.

XVI.

Collocutus sum cum Tiberio, ut mandasti, me Livia, quid nepoti tuo Tiberio faciendum esset ludi Martialibus. consentit autem uterque nostrum, seme nobis esse statuendum, quod consilium in illo se quamur. nam si est artius, ut ita dicam, holocleros quid est quod dubitemus, quin per eosdem articulo et gradus producendus sit, per quos frater eius pro ductus sit? sin autem *ἠλαττῶσθαι* sentimus eum e *βεβλάφθαι καὶ εἰς τὴν τοῦ σώματος καὶ εἰς τὴν τῆ ψ<υ>χῆς ἀρτιότητα*, praebenda materia deridendi e illum et nos non est hominibus *τὰ τοιαῦτα σκώπτει καὶ μυκτηρίζειν εἰωθόσιν*. nam semper aestuabimus si de singulis articulis temporum deliberabimus, *μ προϋποκειμένου ἡμῖν* posse arbitremur eum gerer honores necne. in praesentia tamen quibus de rebu

---

XVI. Suet. *Claud.* 3, 2: nam avunculus maior Augustus qui de eo in utramque partem opinatus sit, quo certius cognoscatu capita ex ipsius epistulis posui. « Collocutus... legendam

consulis, curare eum ludis Martialibus triclinium sacerdotum non displicet nobis, si est passurus se ab Silvani filio homine sibi affini admoneri, ne quid faciat quod conspici et derideri possit. spectare eum circenses ex pulvinari non placet nobis; expositus enim in fronte prima spectaculorum conspicietur. in Albanum montem ire eum non placet nobis aut esse Romae Latinarum diebus. cur enim non praeficitur urbi, si potest sequi fratrem suum in montem? habes nostras, mea Livia, sententias, quibus placet semel de tota re aliquid constitui, ne semper inter spem et metum fluctuemur. licebit autem, si voles, Antoniae quoque nostrae des hanc partem epistulae huius legendam.

XVII.

Tiberium adulescentem ego vero, dum tu aberis, cotidie invitabo ad cenam, ne solus cenet cum suo Sulpicio et Athenodoro. qui vellem diligentius et minus μετεώρως deligeret sibi aliquem, cuius motum et habitum et incessum imitaretur. misellus ἀτυχεῖ· nam ἐν τοῖς σπουδαίοις, ubi non aberravit eius animus, satis apparet ἡ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ εὐγένεια.

XVIII.

Tiberium nepotem tuum placere mihi declamantem potuisse, peream nisi, mea Livia, admiror. nam qui tam ἀσαφῶς loquatur, qui possit cum declamat σαφῶς dicere quae dicenda sunt, non video.

XVII. Suet. *Claud.* 4, 4: rursus alteris litteris: « Tiberium . . . εὐγένεια ».

XVIII. Suet. *Claud.* 4, 5: item tertiis litteris: « Tiberium . . . video ».

XIX.

Suet. *Aug.* 40, 3: Liviae pro quodam tributario Gallo roganti civitatem negavit, immunitatem optulit, affirmans facilius se passurum fisco detrahi aliquid, quam civitatis Romanae vulgari honorem.

Ad Iuliam filiam.

XX.

Misi tibi denarios ducentos quinquaginta, quos singulis convivis dederam, si vellent inter se inter cenam vel talis vel par impar ludere.

Ad Tiberium privignum.

XXI.

Cenavi, mi Tiberi, cum isdem; accesserunt convivae Vinicius et Silius pater. inter cenam lusimus geronticos et heri et hodie; talis enim iactatis, ut quisque canem aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat, quos tollebat universos, qui Venerem iecerat.

XX. Suet. *Aug.* 71, 4: scribit ad filiam: « misi... ludere ».

XXI. Suet. *Aug.* 71, 2: aleae rumorem nullo modo expavit lusitque simpliciter et palam oblectamenti causa etiam senex ac praeterquam Decembri mense aliis quoque festis et profestis diebus. nec id dubium est. autographa quadam epistula « cenavi, ait..., iecerat ».

XXII.

Nos, mi Tiberi, Quinquatrus satis iucunde egimus; lusimus enim per omnis dies forumque aleatorum calfecimus. frater tuus magnis clamoribus rem gessit; ad summam tamen perdidit non multum, sed ex magnis detrimentis praeter spem paulatim retractum est. ego perdidi viginti milia nummum meo nomine, sed cum effuse in lusu liberalis fuissem, ut soleo plerumque. nam si quas manus remisi cuique exegissem aut retinuissem quod cuique donavi, vicissem vel quinquaginta milia. sed hoc malo; benignitas enim mea me ad caelestem gloriam efferet.

XXIII.

Aetati tuae, mi Tiberi, noli in hac re indulgere et nimium indignari quemquam esse, qui de me male loquatur; satis est enim, si hoc habemus ne quis nobis male facere possit.

XXIV.

Nos in essedo panem et palmulas gustavimus.

XXII. Suet. *Aug.* 71, 3: et rursus aliis litteris: « nos... efferet ».

XXIII. Suet. *Aug.* 51, 2: quadam vero cognitione, cum Aemilio Aeliano Cordubensi inter cetera crimina vel maxime obiceretur quod male opinari de Caesare soleret, conversus ad accusatorem commotoque similis: « velim, inquit, hoc mihi probes; faciam sciat Aelianus et me linguam habere, plura enim de eo loquar »; nec quicquam ultra aut statim aut postea inquisiit. Tiberio quoque de eadem re, sed violentius apud se per epistulam conquerenti ita rescripsit: « aetati... possit ».

XXIV. Suet. *Aug.* 76, 1: cibi — nam ne haec quidem omi-

XXV.

Dum lectica ex regia domum redeo, panis unciam cum paucis acinis uvae duracinae comedi.

XXVI.

Ne Iudaeus quidem, mi Tiberi, tam diligenter sabbatis ieiunium servat quam ego hodie servavi, qui in balineo demum post horam primam noctis duas buccas manducavi prius quam ungui inciperem.

XXVII.

Vale, iucundissime Tiberi, et feliciter rem gere, *ἐμοὶ καὶ ταῖς Μούσαις στρατηγῶν.* iucundissime et ita sim felix, vir fortissime et dux *νομιμώτατε*, vale.

---

serim — minimi erat atque vulgaris fere. secundarium panem et pisciculos minutos et caseum bibulum manu pressum et ficos virides biferas maxime appetebat; vescebaturque et ante cenam quocumque tempore et loco, quo stomachus desiderasset. verba ipsius ex epistulis sunt: « nos... gustavimus ».

XXV. Suet. *Aug.* 76, 2: et iterum: « dum... comedi ».

XXVI. *ibid.*: et rursus: « ne... inciperem ».

XXVII. Suet. *Tib.* 21, 2 sqq.: ne illud quidem ignoro aliquos tradidisse, Augustum palam nec dissimulanter morum eius diritatem adeo improbasse, ut nonnumquam remissiores hilarioresque sermones superveniente eo abrumperet; sed expugnatum precibus uxoris adoptionem non abnuisse, vel etiam ambitione tractum, ut tali successore desiderabilior ipse quandoque fieret. adduci tamen nequeo quin existimem, circumspectissimum et prudentissimum principem in tanto praesertim negotio nihil temere fecisse; sed vitiis Tiberi virtutibusque perpensis potiores duxisse virtutes, praesertim cum et rei p. causa

XXVIII.

Ordinem aestivorum tuorum ego vero ⟨laudo⟩, mi Tiberi, et inter tot rerum difficultates *καὶ τοσαύτην ἀποθυμίαν τῶν στρατευομένων* non potuisse quemquam prudentius gerere se quam tu gesseris, existimo. ii quoque qui tecum fuerunt omnes confitentur, versum illum in te posse dici:

unus homo nobis vigilando restituit rem

(*Enn. ann.* 370 V.²).

XXIX.

Sive quid incidit de quo sit cogitandum diligentius, sive quid stomachor, valde medius Fidius Tiberium meum desidero succurritque versus ille Homericus (*Il.* X 246):

τούτου γ' ἑσπ⟨ο⟩μένοιο καὶ ἐκ πυρὸς αἰθομένοιο
ἄμφω νοστήσαιμεν, ἐπ⟨ε⟩ὶ περίοιδε νοῆσαι.

XXX.

Attenuatum te esse continuatione laborum cum audio et lego, di me perdant nisi cohorrescit corpus meum; teque oro ut parcas tibi, ne si te languere

---

adoptare se eum pro contione iuraverit et epistulis aliquot ut peritissimum rei militaris utque unicum p. R. praesidium prosequatur. ex quibus in exemplum pauca hinc inde subieci: « Vale... vale ».

XXVIII. Suet. *Tib.* 21, 5.
XXIX. Suet. *Tib.* 21, 6.
XXX. Suet. *Tib.* 21, 7.

audierimus, et ego et mater tua expiremus et summa imperi sui populus R. periclitetur.

XXXI.

Nihil interest valeam ipse necne, si tu non valebis.

XXXII.

Deos obsecro, ut te nobis conservent et valere nunc et semper patiantur, si non p. R. perosi sunt.

XXXIII.

Scribis enim perviam *ἀντὶ τοῦ* obiter.

XXXIV.

Suet. *Aug.* 40, 3: Tiberio pro cliente Graeco petenti (*sc.* civitatem) rescripsit, non aliter se daturum, quam si praesens sibi persuasisset, quam iustas petendi causas haberet.

XXXV.

Suet. *Aug.* 92, 2: observabat et dies quosdam, ne aut postridie nundinas quoquam proficisceretur aut Nonis quicquam rei seriae incoharet; nihil in hoc quidem aliud devitans, ut ad Tiberium scribit, quam *δυσφημίαν* nominis.

XXXI. Suet. *Tib.* ibid.

XXXII. Suet. *Tib.* ibid.

XXXIII. Charis, *inst. gramm.* II, p 271 Barwick (*Gramm. Lat.* Keil II p. 209): quamquam divus Augustus reprehendens Ti. Claudium ita loquitur: « scribis... obiter ».

Ad G. Caesarem nepotem.

XXXVI.

Quoniam innumerabilia incidunt assidue quae scribi ad alterutrum oporteat et esse secreta, habeamus inter nos notas si vis tales, ut cum aliquid notis scribendum erit pro unaquaque littera scribamus sequentem hoc modo; pro a b, pro b c et deinceps eadem ratione ceteras; pro x autem littera redeundum erit ad duplex a.

XXXVII.

IX. Kal. Octobris.

Ave, mi Gai, meus asellus iucundissimus, quem semper medius fidius desidero, cum a me abes. Sed praecipue diebus talibus, qualis est hodiernus, oculi mei requirunt meum Gaium, quem, ubicumque hoc die fuisti, spero laetum et bene valentem celebrasse quartum et sexagesimum natalem meum. Nam, ut vides, *κλιμακτῆρα* communem seniorum omnium tertium et sexagesimum annum evasimus. Deos autem oro, ut mihi quantumcumque superest temporis, id salvis nobis traducere liceat in statu reipublicae felicissimo, *ἀνδραγαθούντων ὑμῶν καὶ διαδεχομένων* stationem meam.

XXXVI. Suet. *de viris illustribus* 117 (p. 137 Reifferscheid): Caesar quoque Augustus ad filium: « quoniam... a ».

XXXVII. Gell. *N. A.* XV 7, 3: Nocte quoque ista proxima superiore, cum librum epistularum divi Augusti, quas ad C. nepotem suum scripsit, legeremus duceremurque elegantia orationis neque morosa neque anxia, sed facili hercle et simplici, id ipsum in quadam epistula super eodem anno scriptum offendimus, eiusque epistulae exemplum hoc est: « IX... meam ».

XXXVIII.

Quint. *inst. or.* I 6, 19: sed Augustus quoque in epistulis ad C. Caesarem scriptis emendat, quod is « calidum » dicere quam « caldum » malit, non quia id non sit latinum, sed quia sit odiosum et, ut ipse graeco verbo significavit, *περίεργον*.

XXXIX.

Suet. *Aug.* 93: sed et Gaium nepotem, quod Iudaeam praetervehens apud Hierosolyma non supplicasset, conlaudavit.

Ad Agrippinam neptem.

XL.

Sed opus est dare te operam, ne moleste scribas et loquaris.

XLI.

Puerum Gaium XV. Kal. Iun. si dii volent, ut ducerent Talarius et Asillius, heri cum iis constitui. mitto praeterea cum eo ex servis meis medicum, quem scripsi Germanico si vellet ut retineret. valebis, mea Agrippina, et dabis operam ut valens pervenias ad Germanicum tuum.

XL. Suet. *Aug.* 86, 3: et quadam epistula, Agrippinae neptis ingenium conlaudans: « sed..., inquit... loquaris ».

XLI. Suet. *Cal.* 8, 4: exstat et Augusti epistula, ante paucos quam obiret menses ad Agrippinam neptem ita scripta de Gaio hoc — neque enim quisquam iam alius infans nomine pari tunc supererat —: « puerum... tuum ».

Ad Germanicum.

XLII.

Suet. *Cal.* 8, 4: mitto praeterea cum eo ex servis meis medicum, quem scripsi Germanico, si vellet, ut retineret.

Ad M. Antonium.

XLIII.

Suet. *Aug.* 7, 1: sed et a M. Antonio in epistulis per contumeliam saepe Thurinus appellatur et ipse nihil amplius quam mirari se rescribit pro obprobrio sibi prius nomen obici.

XLIV.

Suet. *Aug.* 86, 2: M. quidem Antonium ut insanum increpat, quasi ea scribentem, quae mirentur potius homines quam intellegant.

XLV.

Tuque dubitas, Cimberne Annius an Veranius Flaccus imitandi sint tibi, ita ut verbis, quae Crispus Sallustius excerpsit ex Originibus Catonis, utaris? an potius Asiaticorum oratorum inanibus sententiis verborum volubilitas in nostrum sermonem transferenda?

XLV. Suet. *Aug.* 86, 2: deinde ludens malum et inconstans in eligendo genere dicendi ingenium eius (*Antonii*), addit haec: « tuque... transferenda? ».

XLVI.

Fretu cessi.

Ad Maecenatem.

XLVII.

Vale mi ebenum Medulliae, ebur ex Etruria, lasar Arretinum, adamas Supernas, Tiberinum margaritum, Cilniorum smaragde, iaspi Iguvinorum, berulle Porsennae, carbunculum Hadriae, *ἵνα συντέμω πάντα, μάλαγμα* moecharum.

XLVIII.

Ante ipse sufficiebam scribendis epistulis amicorum, nunc occupatissimus et infirmus Horatium nostrum a te cupio abducere. veniet ergo ab ista parasitica mensa ad hanc regiam et nos in epistulis scribendis adiuvabit.

XLVI. Charis. *inst. gramm.* I, p. 164 Barwick (*Gramm. Lat.* Keil I p. 129): Augustus ad Antonium: —.

XLVII. Macrob. *saturn.* II 4, 12: Idem Augustus, quia Maecenatem suum noverat stilo esse remisso molli et dissoluto, talem se in epistulis, quas ad eum scribebat saepius exhibebat, et contra castigationem loquendi, quam alias ille scribendo servabat, in epistula ad Maecenatem familiari plura in iocos effusa subtexuit: « vale... moecharum ».

XLVIII. Suet. *Horati vita* (p. 45 r.): Augustus epistularum quoque ei (*sc. Horatio*) officium optulit, ⟨ut⟩ hoc ad Maecenatem scripto significat: « ante... adiuvabit ».

XLIX.

Suet. *Aug.* 86, 2: cacozelos et antiquarios, ut diverso genere vitiosos, pari fastidio sprevit exagitabatque nonnumquam; in primis Maecenatem suum, cuius myrobrechis, ut ait, cincinnos usque quaque persequitur et imitando per iocum irridet.

Ad Vergilium.

L.

Excucurristi a Neapoli.

LI.

Suet. *Vergili vita* (p. 61 R.): Aeneidos vixdum coeptae tanta extitit fama, ut... Augustus... supplicibus atque etiam minacibus per iocum litteris efflagitaret, ut sibi de Aeneide, ut ipsius verba sunt, vel prima carminis hypographa vel quodlibet colon mitteret.

Ad Horatium.

LII.

Sume tibi aliquid iuris apud me, tamquam si convictor mihi fueris; recte enim et non temere feceris, quoniam id usus mihi tecum esse volui, si per valetudinem tuam fieri possit.

L. Priscian. *inst. gramm.* X 43 (*Gramm. Lat.* KEIL II p. 533): Caesar ad Vergilium: —.

LII. Suet. *Horati vita* (*p.* 45 R.): extant epistulae (*sc. Augusti ad Horatium*), e quibus argumenti gratia pauca subieci: « sume... possit ».

LIII.

Tui qualem habeam memoriam, poteris ex Septimio quoque nostro audire; nam incidit ut illo coram fieret a me tui mentio. neque enim si tu superbus amicitiam nostram sprevisti, ideo nos quoque *ἀνθυπερηφανοῦμεν*.

LIV.

Irasci me tibi scito, quod non in plerisque eius modi scriptis mecum potissimum loquaris; an vereris ne apud posteros infame tibi sit, quod videaris familiaris nobis esse?

LV.

Pertulit ad me Onysius libellum tuum, quem ego ut excusantem, quantuluscumque est, boni consulo. vereri autem mihi videris ne maiores libelli tui sint, quam ipse es; sed tibi statura deest, corpusculum non deest. itaque licebit in sextariolo scribas, quo circuitus voluminis tui sit *ὀγκωδέστατος*, sicut est ventriculi tui.

LIII. *ibid.*: et rursus: « tui . . . *ἀνθυπερηφανοῦμεν* ».

LIV. Suet. *Horati vita* (*p.* 46 R.): scripta quidem eius (*sc. Horati*) usque adeo probavit (*sc. Augustus*) mansuraque perpetuo opinatus est, ut... post sermones... quosdam lectos nullam sui mentionem habitam ita sit questus: « irasci... esse ».

LV. Suet. *Horati vita* (*p.* 47 R.): habitu corporis fuit (*sc. Horatius*) brevis atque obesus, qualis et a semet ipso in satiris describitur et ab Augusto hac epistola: « pertulit... tui ».

LVI.

Suet. *Horati vita* (p. 45 sq. R.): praeterea saepe eum (*Horatium*), inter alios iocos, purissimum penem et homuncionem lepidissimum appellat (*Augustus*).

Ad L. Vinicium.

LVII.

Suet. *Aug.* 64, 2: filiam et neptes ita instituit, ut etiam lanificio assuefaceret vetaretque loqui aut agere quicquam nisi propalam et quod in diurnos commentarios referretur; extraneorum quidem coetu adeo prohibuit, ut L. Vinicio, claro decoroque iuveni, scripserit quondam parum modeste fecisse eum, quod filiam suam Baias salutatum venisset.

Ad T. Pomponium Atticum.

LVIII.

Corn. Nep. *Att.* 20: ... non solum, cum ab urbe abesset, numquam ad suorum quemquam litteras misit (*sc. Augustus*), quin Attico scriberet, quid ageret, in primis quid legeret quibusve in locis aut quamdiu esset moraturus, sed etiam, cum esset in urbe et propter infinitas suas occupationes minus saepe, quam vellet, Attico frueretur, nullus dies temere intercessit, quo non ad eum scriberet, cum modo aliquid de antiquitate ab eo requireret, modo aliquam quaestionem poëticam ei proponeret, interdum iocans eius verbosiores eliceret epistulas.

Ad Pompeium Macrum.

LIX.

Suet. *Caes.* 56, 7: feruntur et a puero et ab adulescentulo quaedam scripta, ut Laudes Herculis, tragoedia Oedipus, item Dicta collectanea: quos omnis libellos vetuit Augustus publicari in epistula, quam brevem admodum ac simplicem ad Pompeium Macrum, cui ordinandas bibliothecas delegaverat, misit.

Ad ignotos.

LX.

Nos venimus Neapolim fluctu quidem caeco.

LXI.

Plin. *n. h.* XVIII 94: tritico nihil est fertilius. hoc ei natura tribuit, quoniam eo maxume alebat hominem, utpote cum e modio, si sit aptum solum, quale in Byzacio Africae campo, centeni quinquageni modii reddantur. misit ex eo loco divo Augusto procurator eius ex uno grano — vix credibile dictu — CCCC paucis minus germina, exstantque de ea re epistulae.

LXII.

Plin. *n. h.* XVIII 139: nec ervi operosa cura est. hoc amplius quam vicia runcatur, et ipsum medicaminis vim obtinens, quippe cum divum Augustum curatum eo epistulis ipsius memoria exstet.

LX. Suet. *de n. r.* 157 (p. 244 R.): caecus fluctus tumens necdum tamen canus, de quo Atta in togata sic ait... et Augustus: « nos... caeco ».

LXIII.

Plin. *n. h.* XXI 9: apud nos exemplum licentiae huius non est aliud quam filia divi Augusti, cuius luxuria noctibus coronatum Marsyam litterae illius dei gemunt.

LXIV.

Quint. *inst. or.* I 7, 22: « here » nunc « e » littera terminamus, at veterum comicorum adhuc libris invenio « heri ad me venit »: quod idem in epistulis Augusti, quas sua manu scripsit aut emendavit, deprehenditur.

LXV.

Gell. *n. a.* X 11, 5: illud vero Nigidianum rei atque verbi temperamentum divus Augustus duobus graecis verbis elegantissime exprimebat. Nam et dicere in sermonibus et scribere in epistulis solitum esse aiunt « *σπεῦδε βραδέως* », per quod monebat, ut ad rem agendam simul adhiberetur et industriae celeritas et diligentiae tarditas, ex quibus duobus contrariis fit « maturitas ».

LXVI.

Gell. *n. a.* X 24, 1 sq.: « die quarto », et « die quinto », quod Graeci « *εἰς τετάρτην* » *καὶ* « *εἰς πέμπτην* » dicunt, ab eruditis nunc quoque dici audio, et qui aliter dicit, pro rudi atque indocto despicitur. Sed Marci Tullii aetas ac supra eam non, opinor, ita dixerunt; « diequinte » enim et « diequinti » pro adverbio copulate dictum est, secunda in ea syllaba correpta.

Divus etiam Augustus, linguae latinae non nescius munditiarumque patris sui in sermonibus sectator, in epistulis plurifariam significatione ista dierum non aliter usus est.

LXVII.

Suet. *Aug.* 67, 2: Thallo a manu, quod pro epistula prodita denarios quingentos accepisset, crura ei fregit.

LXVIII.

Suet. *Aug.* 87: cotidiano sermone quaedam frequentius et notabiliter usurpasse eum litterae ipsius autographae ostentant, in quibus identidem, cum aliquos numquam soluturos significare vult, « ad kalendas Graecas soluturos » ait; et cum hortatur ferenda esse praesentia, qualiacumque sint, « contenti simus hoc Catone »; et ad exprimendam festinatae rei velocitatem « celerius quam asparagi cocuntur ». Ponit assidue et pro stulto « baceolum », et pro pullo « pulleiaceum » et pro cerrito « vacerrosum » et « vapide » se habere pro male et « betizare » pro languere, quod vulgo « lachanizare » dicitur; item « simus » pro sumus et « domos » genetivo casu singulari pro domuos.

2. AD RES PUBLICAS PERTINENTES

Ad Iuliam, M. Antonii matrem.

LXIX.

Appian. *b. c.* V 63: *οὕτω καθομιλῶν τὸν Καίσαρα ὁ Κοκκήιος ἐκείνην τε τὴν ἡμεραν ἐξενίζετο παρ᾽ αὐτῷ καὶ ἐδεῖτο ἐπιστεῖλαι τι τῷ Ἀντωνίῳ, νεώτερον ὄντα πρεσβυτέρῳ. ὁ δὲ πολεμοῦντι μὲν ἔτι οὐκ ἔφη γράψειν· οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνον· μέμψεσθαι δ᾽ αὐτοῦ τῇ μητρί, ὅτι συγγενὴς οὖσα καὶ προτιμηθεῖσα ἐκ πάντων ὑφ᾽ αὐτοῦ, φύγοι τὴν Ἰταλίαν καθάπερ οὐ τευξομένη πάντων ὡς παρ᾽ υἱοῦ. ὧδε μὲν καὶ ὁ Καῖσαρ ἐτέχναζε καὶ ἐπέστελλε τῇ Ἰουλίᾳ.*

Ad Pompeium.

LXX.

Appian. *b. c.* V 77: *καὶ ὁ Καῖσάρ τινα ληστήρια συλλαβὼν ἐβασάνιζεν, οἳ Πομπήιον σφᾶς ἔλεγον ἐπιπέμψαι. καὶ τάδε αὐτὰ ὁ Καῖσαρ τῷ δήμῳ προύφερε, καὶ ἐπέστελλεν αὐτῷ Πομπηίῳ.*

Ad civitatem.

LXXI.

Appian. *b. c.* V 80: *ἐπιπολαζούσης δὲ ὑπονοίας ἔτι ὡς παρασπόνδως ὁ πόλεμος ὅδε γίγνοιτο, τὴν ὑπόνοιαν ὁ Καῖσαρ ἐκλύων ἐπέστελλε τῇ πόλει καὶ τὸν στρατὸν αὐτὸς ἐδίδασκεν ὅτι τὰς σπονδὰς ὁ Πομπήιος ληστεύων τὴν θάλασσαν ἀναλύσειε, καὶ τοῦθ᾽ οἱ λησταὶ κατείποιεν αὐτοῦ, κατείποι δὲ καὶ Μηνόδωρος τὴν ὅλην γνώμην, μάθοι δὲ καὶ Ἀντώνιος, καὶ διὰ τοῦτο Πελοπόννησον οὐ δοίη.*

Ad exercitus.

LXXII.

Appian. *b. c.* V 131: *ἐς δὲ τὰ στρατόπεδα πάντα σεσημασμένας ἔπεμψεν ἐπιστολάς, ἐντελλόμενος ἡμέρᾳ μιᾷ πάντας ἀνειλήσαντας αὐτὰς ἐπιχειρεῖν τοῖς κεκελευσμένοις. καὶ ἦν τὰ ἐπεσταλμένα περὶ τῶν θεραπόντων, ὅσοι παρὰ τὴν στάσιν ἀποδράσαντες ἐστρατεύοντο, καὶ αὐτοῖς τὴν ἐλευθερίαν ᾐτήκει Πομπήιος, καὶ ἡ βουλὴ καὶ αἱ συνθῆκαι δεδώκεσαν.*

Ad Antonium.

LXXIII.

Dio Cass. L 9, 5: *τῷ τε Ἀντωνίῳ ἐπέστειλεν ὅπως ἢ ἀναχωρήσῃ ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἵππου δρόμον ἡμερήσιον καὶ ἐφῇ οἱ ἀδεῶς προσπλεῦσαι ἐπὶ τῷ ἐντὸς πέντε ἡμερῶν συμμῖξαι σφᾶς, ἢ αὐτὸς ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἐς τὴν Ἰταλίαν περαιωθῇ· οὐχ ὅτι τι γενήσεσθαί σφων ἐνόμιζεν, (ὁ γοῦν Ἀντώνιος πολλά τε αὐτοῦ κατεγέλασε, καὶ εἶπε «καὶ τίς ἡμῖν δικάσει, ἄν τι παρὰ τὰ συγκείμενα πραχθῇ;») ἀλλ' ὅτι τοῖς τε ἑαυτοῦ στρατιώταις θάρσος καὶ τοῖς ἐναντίοις ἔκπληξιν ἐμβαλεῖν ἐκ τούτου προσεδόκησε.*

Ad Mylasenses.

LXXIV.

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ θεοῦ Ἰουλίου | υἱὸς ὕπατός τε τὸ τρίτον καθεσ|ταμένος Μυλασέων ἄρχουσι βου|λῆι δήμωι

LXXIV. *Haec epistula in duobus lapidis Mylasensis fragmentis reperta est, qui lapis Parisios translatus in museo publico (Louvre) adhuc servatur.*

χαίρειν· εἰ ἔρρωσθε κ[α]|λῶς ἂν ἔχοι· καὶ αὐτὸς δὲ μετὰ τ[οῦ] | στρατεύματος ὑγίαινον. κα[ὶ πρό]|τερον μὲν ἤδη περὶ τῆς κατ[ασχού]|σης ὑμᾶς τύχης προσεπέ[μψατέ] | μοι, καὶ νῦν παραγενομένω[ν τῶν] πρεσβευτῶν, Οὐλιάδ[ου . . . . ς τῶν πολεμίων πταῖσαι καὶ κρατη[θεί]|σης τῆς πόλεως, πολλοὺς μὲν αἰχμαλώτο[υς] ἀποβαλ(ε)ῖν πολίτας, οὐκ ὀλίγους μὲν φονευθέ[ν]|τας, τινὰς δὲ καὶ συνκαταφλεγέ(ν)τας τῇ πόλε[ι], τῆς τῶν πολεμίων ὠμότητος οὐδὲ τῶν | ναῶν οὐδὲ τῶν ἱερῶν τῶν ἁγιωτάτων ἀ|ποσχομένης· ὑπέδ(ε)ιξαν δέ μοι καὶ περὶ | τῆς χώρας τῆς λελεηλατημένης καὶ τῶν | ἐπαύλεων τῶν ἐμπεπρησμένων, ὥστε ἐμ πᾶσιν ὑμᾶς ἠτυχηκέναι· ἐφ' οἷς πᾶσιν συνε|[ῖδον παθόντας] ταῦτα πάσης τειμῆς καὶ χάρι|[τος ἀξίους ἄνδρας γενομέν]ους ὑμᾶς πε[ρὶ Ῥωμαίους...

Ad Norbanum Flaccum, Asiae proconsulem.

LXXV.

Καῖσαρ Νωρβανῷ Φλάκκῳ χαίρειν. Ἰουδαῖοι, ὅσοι ποτ' οὖν εἰσὶν οἳ δι' ἀρχαίαν συνήθειαν εἰώθασι χρήματά τε ἱερὰ φέροντες ἀναπέμπειν εἰς Ἱεροσόλυμα, ἀκωλύτως τοῦτο ποιείτωσαν.

Ad Mytilenaeos.

LXXVI.

. . . . δε . . . . ρον |||| Μυτιλ[ηναίων ἄρχουσι] [βουλῆι δήμωι χαίρειν· εἰ ἔρρωσθε, καλῶς ἂν] ἔχοι· καὶ [ἐγ]ὼ δὲ μετὰ τοῦ στρατεύμ[ατος]

LXXV. Ioseph. *antiq.* XVI 6, 3.
LXXVI. Cichorius, *Rom und Mytilene,* Leipzig 1888 p. 42 sq.

[ὑγίαινον ....] καφένους Κριναγόρας Καλλίπ[που] .... τας Δικαίου Ὑβρίας Διοφάντου, ... ιαιος [...... Δημή]τριος Τιμαίου οἱ πρεσβευταὶ ὑμῶν συνέ[τυχόν μοι καὶ τὸ ψήφισμα ὑμῶν μοι ἀπέ]δωκαν καὶ περὶ τῶν τιμῶν διελέχθησαν .... ν κατωρθώκαμεν καὶ εὐχαριστήσαντες .... [........... συνέ]τυχον μετὰ πολλῆς φιλοτιμίας καὶ εἰσ .... ων ἔχειν· ἐγὼ δὲ τούς τε ἄνδρας ἐπή(ι)νε[σα διὰ τὴν προθυμίαν αὐτῶν καὶ φιλοτίμ]ως ἀπεδεξάμην ἡδέως τε τὴν πόλιν [ὑμῶν εὐεργετεῖν προαιροῦμαι κατά τε το]ὺς παρόντας καιροὺς καὶ ἐν τοῖς μετὰ ταῦ[τα χρόνοις ......]αν ἐπιστάμενος ἣν ἔχοντες εὔνοι[αν] διατελεῖτε ....] - ον Ποτάμωνα .... την Γ ||| ’ ||| .... αὐτὸν ἐπ ... ου ..... οντα ....

Ad Chios.

LXXVII.

Dittenberger, *Sylloge*[3] n. 785 (*in fine*): *Αὐτοκράτορος δὲ θεοῦ υἱοῦ Σ[ε]|βαστοῦ τὸ ὄγδοον ὑπάτου ἐπιστολὴ(ν) πρὸς Χείους γράφοντ[ος| - -]ις. εν τὴν πόλιν ἐ(π)ύθ[ετο - -].*

Ad Athenienses.

LXXVIII.

Plutarch. *apophth.* 13 (*Moralia* II p. 98 B.): *Τοῦ δὲ Ἀθηναίων δήμου ἐξημαρτηκέναι τι δόξαντος, ἔγραψεν ἀπ᾽ Αἰγίνης οἴεσθαι μὴ λανθάνειν αὐτοὺς ὀργιζόμενος, οὐ γὰρ ἂν ἐν Αἰγίνῃ διαχειμάσειεν.*

Ad XV viros urbis Romae.

LXXIX.

xv viris s.] f. vos[
] ire si ri[te
bi]ni chori qu[
quo]i dies inlucis[cet k. Iun.
n]on. Iun. vos [
]iubeatis
] Iun. bene atque diligen[ter
]ros petere iubeatis ieisqu[e
]n in Capitolium ante aed[em Iovis
et in Aventino ante D]ianae bene frequentesque a[desse
]s deisque milicheis frugum [
dili]genterque memineritis litibu[s
non esse praestandam] audientiam [
ut conveniant ad e]a sacrificia denuntiatum [erit
K. Iun. et a. d. IIII] non. Iun. et a. d. III non. Iun.
noct[u
]maiores ann. XXV natae qui[bus
conveni]re in Capitolium ubi et res divina fi[
a]dsint
] pueros virginesque patrimos matrim[osque
ad carmen can]endum chorosque habendos frequentes
c[onvenire
ite]mque ad ea sacrificia atque ad eos ludos paran[dos
diligen]ter meminerint

LXXIX. *In fragmentis lapideis reperta est anno MDCCCXC Romae in ripa sinistra Tiberis.*

Ad Eresios.

LXXX.

Vs. 12-14 *Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ, θεοῦ υἱός, Σεβαστός, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ . . . . . . αὐτοκράτωρ τὸ --καιδέκατον Ἐρεσίων ἄρχουσι βουλῇ δήμῳ χαίρειν . . . . . . α τὸ παρ' ὑμῶν ψήφισμα*; vs. 15 *καὶ ὑπερεθέμην*; vs. 16 *καὶ αὐτόν*; vs. 17 *καὶ τῆς πρὸς ἡμᾶς*; v. 18 *Ἀγρίππας ὁ διαφέρων*; v. 19 - -*όμενος τῷ θεῷ Καίσαρι*; v. 20 -*τὸ παρ' αὐτὸν ἀπ' ἀμφοτέρων*; v. 21 *Κάλλιππον Δια* - -

Ad Herodem, Judaeorum regem.

LXXXI.

Ioseph. *antiq.* XVI 9, 3: ... *γράφει πρὸς τὸν Ἡρώδην τά τε ἄλλα χαλεπῶς καὶ τοῦτο τῆς ἐπιστολῆς τὸ κεφάλαιον, ὅτι πάλαι χρώμενος αὐτῷ φίλῳ, νῦν ὑπηκόῳ χρήσεται.*

LXXXII.

Ioseph. *antiq.* XVI 11, 1: *Ἡρώδῃ δὲ γράφει διηλλαγμένος, ἐπί τε τοῖς παισὶν ἄχθεσθαι λέγων, καὶ δέον, εἰ μὲν ἀνοσιώτερόν τι τετολμήκασιν, ἐπεξιέναι πατραλόας ὄντας (αὐτῷ γὰρ ἐφεῖναι ταύτην τὴν ἐξουσίαν), εἰ δὲ δρασμὸν ἐνενόησαν, ἄλλως νουθετήσαντα μηδὲν ἀνήκεστον διαπράττεσθαι· συμβουλεύειν δὲ ἔχειν αὐτῷ συνέδριον ἀποδείξαντα περὶ Βηρυτόν, ἐν ᾗ κατοικοῦσι Ῥωμαῖοι, καὶ παραλαβόντα τούς τε ἡγεμόνας καὶ τὸν βασιλέα τῶν Καππαδόκων Ἀρχέ-*

LXXX. *Reperta est in fragmento stelae marmoris candidi inserto in muro domus Stauri Vaphiadis Eresi.*

λαον, ὅσους τε τῶν ἄλλων οἴεται φιλίᾳ τε καὶ ἀξιώματι εἶναι ἐπιφανεῖς, μετὰ τῆς ἐκείνων γνώμης ὅ τι χρὴ διαλαμβάνειν. Καῖσαρ μὲν τοιαῦτα ἐπέστελλεν.

Ad Cnidios.

LXXXIII.

[- - | . . δαμι]ουργοῦ δὲ Καιρογένεος Λευ[κα]θέου (?).

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ, θεοῦ υἱός, Σεβαστός, ἀρχιερεύς, | ὕπατος τὸ δωδέκατον ἀποδεδειγμένος | καὶ δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ ὀκτω⟨ι⟩καιδέκατον, Κνιδίων ἄρχουσι, βουλῆι, δήμωι χαίρειν· οἱ πρέσ|βεις ὑμῶν Διονύσιος β′ καὶ Διονύσιος β′ τοῦ Διονυ|σίου ἐνέτυχον ἐν Ῥώμηι μοι, καὶ τὸ ψήφισμα ἀποδόντες | κατηγόρησαν Εὐβούλου μὲν τοῦ Ἀναξανδρίδα τεθνε|ῶτος ἤδη, Τρυφέρας δὲ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ παρούσης περὶ τοῦ θανάτου τοῦ Εὐβούλου τοῦ Χρυσίππου. ἐγὼ | δὲ ἐξετάσαι προστάξας Γάλλωι Ἀσινίωι τῶι ἐμῶι φίλωι | τῶν οἰκετῶν τοὺς ἐνφερομένους τῆι αἰτίᾳ διὰ βα|σάνων ἔγνων Φιλεῖνον τὸν Χρυσίππου τρεῖς νύ|κτας συνεχῶς ἐπεληλυθότα τῆι Εὐβούλου καὶ Τρυφέρας μεθ' ὕβρεως καὶ τρόπωι τινὶ πολι|ορκίας, τῆι τρίτηι δὲ συνεπηγμένον καὶ τὸν ἀδελ|φὸν Εὔβουλον, τοὺς δὲ τῆς οἰκίας δεσπότας Εὔβου|λον καὶ Τρυφέραν, ὡς οὔτε χρηματίζοντες πρὸς | τὸν Φιλεῖνον οὔτε ἀντιφραττόμενοι ταῖς προσβολαῖς ἀσφαλείας ἐν τῆι ἑαυτῶν οἰκίαι τυχεῖν ἠδύναν|το, προστεταχότας ἑνὶ τῶν οἰκετῶν οὐκ ἀποκτεῖ|ναι, ὡς ἴσως ἄν τις ὑπ' ὀργῆς οὐ[κ] ἀδίκου προήχθη⟨ι⟩, ἀλ|λὰ ἀνεῖρξαι ἀνασκεδάσαντα τὰ κόπρια αὐτῶν· τὸν | δὲ οἰκέτην σὺν τοῖς καταχευομένοις εἴτε ἑκόντα | εἴτε ἄκοντα — αὐτὸς μὲν γὰρ ἐνέμεινεν ἀρνούμενο[ς] — | ἀφεῖναι

LXXXIII. *Reperta est in domo privata oppidi Astipalaeae in tabula alta fere* 0,60, *lata fere* 0,40, *incisa.*

τὴν γάστραν [ὥστ᾽] Εὔβουλον ὑποπεσεῖν δικαιό|[τ]ερον ἂν σωθέντα [τοῦ ἀ]δελφοῦ. πέπονφα δὲ ὑμεῖν καὶ α[ὐ|τ]ὰς τὰς ἀνακρίσεις. ἐθαύμαζον δ᾽ ἄν, πῶς εἰς τόσον | ἔδεισαν τὴν παρ᾽ ὑμεῖν ἐξετασίαν τῶν δούλων οἱ φ[εύ]|γοντες τὴν δίκην, εἰ μή μοι σφόδρα αὐτοῖς ἐδόξ[ατε] | χαλεποὶ γεγονέναι καὶ πρὸς τὰ ἐναντία μισοπόνη[ροι,] | μὴ κατὰ τῶν ἀξίων πᾶν ὁτιοῦν παθεῖν, ἐπ᾽ ἀλλο[τρίαν] οἰκίαν νύκτωρ μεθ᾽ ὕβρεως καὶ βίας τρὶς ἐπεληλ[υθό]|των καὶ τὴν κοινὴν ἁπάντων ὑμῶν ἀσφάλει[αν ἀναι]ρούντων ἀγανακτοῦντες, ἀλλὰ κατὰ τῶν καὶ [ὅτε ἠ]|μύνοντο ἠτυχηκότων, ἠδικηκότων δὲ οὐδέ[ν.] | ἀλλὰ νῦν ὀρθῶς ἄν μοι δοκεῖτε ποιῆσαι τῆι ἐμῆι π[ερὶ τού]των γνώμηι προνοήσαντες καὶ τὰ ἐν τοῖς δημ[οσίοις] | ὑμῶν ὁμολογεῖν γράμματα. ἔρρωσθε.

Ad Sardianos.

LXXXIV.

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ θεοῦ υἱὸ(ς) Σεβαστός, ἀρχιερεύς, δημαρχικῆς ἐκξουσίας ιθ΄, | Σαρδιανῶν ἄρχουσι βουλῆι δήμωι χαίρειν· οἱ πρέσβεις ὑμῶν Ἰόλλας τε Μητροδώρου καὶ | Μηνογένης Ἰσιδώρου τοῦ Μηνογένους συνέτυχον ἐν Ῥώμη(ι) μοι καὶ τὸ παρ᾽ ὑμῶν | ψήφισμα ἀπέδοσαν δι᾽ οὗ τά τε δόξαντα ὑμεῖν περὶ ὑμῶν δηλοῦντες καὶ συνήδεσθε ἐπὶ τῆι τελειώσει τοῦ πρεσβυτέρου μου τῶν παίδων. ἐπαινῶ οὖν ὑμᾶς φιλοτειμουμένους ἀνθ᾽ ὧν εὐεργε|τῆσθε ὑπ᾽ ἐμοῦ εὐχαρίστους α(ὐ)τοὺς εἴς τε ἐμὲ καὶ τοὺς ἐμοὺς πάντας ἐνδείκνυσθαι· ἔρρωσθε.

LXXXIV. *In stela marmorea quae mense Iunio anni MCMXII Sardibus, apud templum Aphroditae reperta est.*

Ad Phraatem, Parthorum regem.

LXXXV.

Dio Cass. LV 11 (*Xiphil.*): *ὡς δὲ ἐπύθοντο οἱ βάρβαροι τὴν ἐπιστρατείαν τοῦ Γαΐου, Φραάτης ἔπεμψε πρὸς τὸν Αὔγουστον, ὑπὲρ τῶν γεγονότων ἀπολογούμενος, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς ἐπὶ εἰρήνη ἀπαιτῶν· καὶ αὐτῷ ἐκεῖνος Φραάτη ἄνευ τῆς τοῦ βασιλέως ἐπικλήσεως ἀντεπιστείλας, τό τε ὄνομα τὸ βασιλικὸν καταθέσθαι, καὶ τῆς Ἀρμενίας ἀποστῆναι προσέταξεν.*

Ad senatum.

LXXXVI.

Sed ista fieri speciosius quam promitti possunt. me tamen cupido temporis optatissimi mihi provexit, ut quoniam rerum laetitia moratur adhuc, praeciperem aliquid voluptatis ex verborum dulcedine.

LXXXVI. Senec. *dial.* X 4: in quadam ad senatum missa epistula, cum requiem suam non vacuam fore dignitatis nec a priore gloria discrepantem pollicitus esset, haec verba inveni: « sed... dulcedine ».

III.

CODICILLI

Ad Liviam.

LXXXVII.

Suet. *Tib.* 51: Instanti saepius (*Liviae*) ut civitate donatum in decurias adlegeret, negavit (*Tiberius*) alia se condicione adlecturum, quam si pateretur ascribi albo, extortum id sibi a matre. at illa commota veteres quosdam ad se Augusti codicillos de acerbitate et intolerantia morum eius e sacrario protulit atque recitavit.

Ad Iuliam filiam.

LXXXVIII.

Macrob. *saturn.* II 5, 6: Notum et illud. averterant in se populum in spectaculo gladiatorum Livia et Iulia comitatus dissimilitudine quippe cingentibus Liviam gravibus viris, haec iuventutis et quidem luxuriosae grege circumsedebatur. admonuit pater scripto videret quantum inter duas principes feminas interesset. eleganter illa rescripsit: et hi mecum senes fient.

Ad C. Asinium Pollionem.

LXXXIX.

Senec. *excerpt. controv.* IV 5: Cum mortuo in Syria Gaio Caesare per codicillos questus esset divus Augustus, ut erat mos illi clementissimo viro, non civiliter tantum sed etiam familiariter, quod in tam magno et recenti luctu suo homo carissimus sibi pleno convivio cenasset, rescripsit Pollio: eo die cenavi quo Herium filium amisi.

IV.

LIBELLI

XC.

2. Opera fecit nova § aedem Martis, [Iovis TONantis et Feretri, Apollinis,] | díví Iúli, § Quirini, § Minervae, [Iunonis Reginae, Iovis Libertatis,] | Larum, deum Penátium, [§] Iuv[entatis, Matris deum, Lupercal, pulvina]r | ad circum, [§] cúriam cum ch[alcidico, forum Augustum, basilica]m || Iuliam, theatrum Marcelli, [§] [p]or[ticum Octaviam, nemus trans T]iberím | Caesarum. § |

3. Refécit Capito[lium sacra]sque aedes [nu]m[ero octoginta] duas, thea[t]rum Pom|peí, aqu[arum rivos, vi]am Flamin[iam]. |

4. Ímpensa p[raestita in specT]acul[a SCAenica et munera] gladiatorum at||[que athletas et venationes et NAUM]ach[IAm] et donata pe[c]unia | [coloniis, municipiis, opp]i[dis TER]rae motu § incendioque consum|pt[is] a[ut viritim] a[micis senat]oribusque, quórum census explévit, | ín[n]umera[bilis]. § |

35. Τρισκαιδεκάτην ὑπατείαν ἄγοντός μου ἥ τε σύν|κλητος ιαὶ τὸ ἱππικὸν τάγμα ὅ τε σύνπας δῆμος τῶν | Ῥωμαίων τροσηγόρευσέ με πατέρα πατρίδος καὶ τοῦτο | ἐπὶ τοῦ τροπύλου τῆς οἰκίας μου καὶ ἐν τῶι βουλευτη|ρίωι καὶ ἐν τῆι ἰγορᾶι τῆι Σεβαστῆι ὑπὸ τῶι ἅρματι, ὅ μοι | δόγματι συν-ιλήτου ἀνετέθη, ἐπιγραφῆναι ἐψηφίσα||το. [§] Ὅτε ἔγραφον ταῦτα, ἦγον ἔτος ἑβδομηκοστὸν | ἕκτον. § |

1. Συνκεφαλαίωσις [§] ἠριθμημένου χρήματος εἰς τὸ ιἰρά|ριον ἢ εἰς τὸν δῆμον τὸν Ῥω[μαί]ων ἢ εἰς τοὺς ἀπο-λε|λυμένους στρατιώτας [§]: ἓξ μυριάδες μυριάδων. § ||

2. Ἔργα καινὰ ἐγένετο ὑπ᾿ αὐτοῦ ναοὶ μὲν Ἄρεως, Διὸς Βροντησίου καὶ Τροπαιοφόρου, Πανός, Ἀπόλλω|νος, §] θεοῦ Ἰουλίου, Κυρείνου, [§] Ἀ[θη]νᾶς, [§] Ἥρας βασιλί|δος, [§] Διὸς Ἐλευθερίου, [§] ἡρώ[ων, θεῶν π]ατρίων, §] Νε|ότητος, [§] Μητρὸς θεῶν, [§] β|ουλευτήριον] σὺν χαλκι||δικῶι, [§] ἀγορᾶι Σεβαστῆι, [§] θέατρον Μαρκέλλου, §] β[α]σι|λικὴ Ἰουλία, [§] ἄλσος Καισάρων, [§] στοαὶ ἐ[ν] XIX Παλατ[ί]ωι, στοὰ ἐν ἱπποδρόμωι Φλαμινίωι.

3. § Ἐπεσκευάσθ[η τὸ Κα]|πιτώλιον, [§] ναοὶ ὀγδοήκοντα δύο, [§] θέ[ατ]ρον Π[ομ]|πηίου, [§] ὁδὸς Φλαμινία, [§] ἀγωγοὶ ὑδάτων.

4. [Δαπ]άναι δὲ | εἰς θέας καὶ μονομάχους καὶ ἀθλητὰς καὶ ναυμα|χίαν καὶ θηρομαχίαν δωρεαί [τε] ἀποικίαις πόλεσιν | ἐν Ἰταλίαι, πόλεσιν ἐν ἐπαρχείαις [§] σεισμῶι κα[ὶ] ἐνπυ|ρισμοῖς πεπονηκυίαις ἢ κατ᾿ ἄνδρα φίλοις καὶ συν||κλητικοῖς, ὧν τὰς τειμήσεις προσεξεπλήρωσεν, ἄ|πειρον πλῆθος. |

XIII.

DICTA ET APOPHTHEGMATA

I.

Cic. *ad fam.* XI, 20, 1. Ipsum Caesarem nihil sane de te (*scil. Ciceron*e) questum, nisi dictum quod diceret te dixisse « laudandum adulescentem, ornandum, tollendum »; se non esse commissurum, ut toll possit.

II.

Senec. *controv.* II 5, 20. Hic est L. Vinicius, quo nemo civis Romanus in agendis causis praesentius habuit ingenium: quidquid longa cogitatio illi praestatura erat, prima intentio animi dabat; ex tempore causas agebat, sed non desiderabat hanc commendationem, ut ex tempore agere videretur. de hoc eleganter dixit divus Augustus: « L. Vinicius ingenium in numerato habet ».

I. Cfr. Suet. *Aug.* 12. Ut cognovit Antonium post fugam a M. Lepido receptum ceterosque duces et exercitus consentire pro partibus, causam optimatium sine cunctatione deseruit, ad praetextum mutatae voluntatis dicta factaque quorundam calumniatus, quasi alii se puerum, alii ornandum tollendumque iactassent, ne aut sibi aut veteranis par gratia referretur.

III.

Senec. *excerpta controv.* IV *praef.* 7. Declamabat autem Haterius admisso populo ex tempore: solus omnium Romanorum, quos modo ipse cognovi, in latinam linguam transtulit graecam facultatem. tanta erat illi velocitas orationis, ut vitium fieret. itaque divus Augustus optime dixit: « Haterius noster sufflaminandus est ». adeo non currere, sed decurrere videbatur.

IV.

Senec. *controv.* X *praef.* 14. Bene declamavit Gavius Silo, cui Caesar Augustus, cum frequenter causas agentem in Tarraconensi colonia audisset, plenum testimonium reddidit; dixit enim: « numquam audivi patrem familiae disertiorem ». at cum patrem familiae praeferret, oratorem subducebat: partem esse eloquentiae putabat eloquentiam abscondere.

V.

Senec. *de ira* III 23. Timagenes, historiarum scriptor, quaedam in ipsum, quaedam in uxorem eius et in totam domum dixerat nec perdiderat dicta; magis enim circumfertur et in ore hominum est temeraria urbanitas. saepe illum Caesar monuit, moderatius lingua uteretur; perseveranti domo sua interdixit. postea Timagenes in contubernio Pollionis Asinii consenuit ac tota civitate direptus est: nullum illi limen praeclusa Caesaris domus abstulit. historias, quas postea scripserat, recitavit et libros acta Caesaris Augusti continentis in igne posuit et combussit; inimicitias gessit cum Caesare: nemo amicitiam eius

extimuit, nemo quasi fulguritum refugit, fuit qui praeberet tam alte cadenti sinum. tulit hoc, ut dixi, Caesar patienter, ne eo quidem motus, quod laudibus suis rebusque gestis manus attulerat; numquam cum hospite inimici sui questus est. hoc dumtaxat Pollioni Asinio dixit: θηριοτροφεῖς; paranti deinde excusationem obstitit et « fruere, inquit, mi Pollio, fruere! » et cum Pollio diceret: « si iubes, Caesar, statim illi domo mea interdicam », « hoc me, inquit, putas facturum, cum ego vos in gratiam reduxerim? » fuerat enim aliquando Timageni Pollio iratus nec ullam aliam habuerat causam desinendi, quam quod Caesar coeperat.

VI.

Senec. *de beneficiis* III 27, 3. Sub divo Augusto nondum hominibus verba sua periculosa erant, iam molesta. Rufus, vir ordinis senatorii, inter cenam optaverat, ne Caesar salvus rediret ex ea peregrinatione, quam parabat; et adiecerat idem omnes et tauros et vitulos optare. fuerunt, qui illa diligenter audirent. ut primum diluxit, servus, qui cenanti ad pedes steterat, narrat, quae inter cenam ebrius dixisset, et hortatur, ut Caesarem occupet atque ipse se deferat. usus consilio descendenti Caesari occurrit et, cum malam mentem habuisse se pridie iurasset, id ut in se et in filios suos recideret, optavit et Caesarem, ut ignosceret sibi rediretque in gratiam secum, rogavit. cum dixisset se Caesar facere: « nemo, inquit, credet te mecum in gratiam redisse, nisi aliquid mihi donaveris », petitque non fastidiendam etiam a propitio summam et impetravit. Caesar ait: « mea causa dabo operam, ne unquam tibi irascar ».

VII.

Senec. *de beneficiis* VI 32. Divus Augustus filiam ultra impudicitiae maledictum impudicam relegavit et flagitia principalis domus in publicum emisit: admissos gregatim adulteros, pererratam nocturnis comessationibus civitatem, forum ipsum ac rostra, ex quibus pater legem de adulteriis tulerat, filiae in stupra placuisse, cotidianum ad Marsyam concursum, cum ex adultera in quaestuariam versa ius omnis licentiae sub ignoto adultero peteret. haec tam vindicanda principi quam tacenda, quia quarundam rerum turpitudo etiam ad vindicantem redit, parum potens irae publicaverat. deinde cum interposito tempore in locum irae subisset verecundia, gemens, quod non illa silentio pressisset quae tamdiu nescierat, donec loqui turpe esset, saepe exclamavit: « horum mihi nihil accidisset, si aut Agrippa aut Maecenas vixisset »: adeo tot habenti milia hominum duos reparare difficile est.

VIII.

Quint. *inst. or.* VI 3, 59. Adhibetur autem similitudo interim palam, interim inseri solet parabolae; cuius est generis illud Augusti, qui militi libellum timide porrigenti, « noli, inquit, tamquam assem elephanto des ».

IX.

Quint. *inst. or.* VI 3, 63. Eques romanus, ad quem in spectaculis bibentem cum misisset Augustus, qui ei diceret « ego, si prandere volo, domum eo », « tu enim, inquit, non times, ne locum perdas ».

X.

Quint. *inst. or.* VI 3, 64. Dixit Augustus praefecto, quem cum ignominia mittebat, subinde interponenti precibus: « quid respondebo patri meo? » « dic, me tibi displicuisse ».

XI.

Quint. *inst. or.* VI 3, 65. Finitione usus est Augustus de pantomimis duobus, qui alternis gestibus contendebant, cum eorum alterum saltorem dixit, alterum interpellatorem.

XII.

Quint. *inst. or.* VI 3, 77. Augustus nuntiantibus Tarraconensibus, palmam in ara eius enatam, « apparet, inquit, quam saepe accendatis ».

XIII.

Quint. *inst. or.* VI 3, 79. Eluditur et ridiculum ridiculo: ut divus Augustus, cum ei Galli torquem aureum centum pondo dedissent, et Dolabella per iocum, temptans tamen ioci sui eventum, dixisset: « imperator, torque me dona », « malo, inquit, te civica donare ».

XIV.

Quint. *inst. or.* VI 3, 94. Interim de se dicere ridiculum et, quod in alium si absentem diceretur, urbanum non erat, quoniam ipsi palam exprobratur, movet risum: quale Augusti est, cum ab eo miles nescio quid improbe peteret, <et> veniret contra Marcianus, quem suspicabatur et ipsum aliquid iniuste

ogaturum, « Non magis, inquit, faciam, commilito, quod petis, quam quod Marcianus a me petiturus est ».

XV.

Plutarch. *apophth. Caes. Aug.* 2. (*Moral.* II p. 96 BERN.) *Ἐπεὶ δὲ Ῥοιμητάλκης ὁ τῶν Θρᾳκῶν βασιλεὺς ἀπ' Ἀντωνίου μεταβαλόμενος πρὸς αὐτὸν οὐκ ἐμετρίαζεν παρὰ τοὺς πότους, ἀλλ' ἦν ἐπαχθὴς ὀνειδίζων τὴν συμμαχίαν, προπιών τινι τῶν ἄλλων βασιλέων ὁ Καῖσαρ εἶπεν· « ἐγὼ προδοσίαν φιλῶ, προδότας δ' οὐκ ἐπαινῶ ».*

XVI.

Plutarch. *ibid.* 5. *Ἐν δὲ Σικελίᾳ Ἄρειον ἀντὶ Θεοδώρου κατέστησε διοικητήν· ἐπιδόντος δέ τινος αὐτῷ βιβλίον, ἐν ᾧ γεγραμμένον ἦν· « φαλακρὸς ἢ κλέπτης Θεόδωρος ὁ Ταρσεύς· τί σοι δοκεῖ; » ἀναγνοὺς Καῖσαρ ὑπέγραψε· « δοκεῖ ».*

XVII.

Plutarch. *ibid.* 7. *Ἀθηνοδώρῳ δὲ τῷ φιλοσόφῳ διὰ γῆρας εἰς οἶκον ἀφεθῆναι δεηθέντι συνεχώρησεν. ἐπεὶ δὲ ἀσπασάμενος αὐτὸν ὁ Ἀθηνόδωρος εἶπεν· « ὅταν ὀργισθῇς, Καῖσαρ, μηδὲν εἴπῃς μηδὲ ποιήσῃς πρότερον ἢ τὰ εἴκοσι καὶ τέτταρα γράμματα διελθεῖν πρὸς ἑαυτόν », ἐπιλαβόμενος αὐτοῦ τῆς χειρός, « ἔτι σοῦ παρόντος, ἔφη, χρείαν ἔχω »· καὶ κατέσχεν αὐτὸν ἐνιαυτὸν ὅλον, εἰπὼν ὅτι « ἔστι καὶ σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας ».*

XVIII.

Plutarch. *ibid.* 8. *Ἀκούσας δὲ, ὅτι Ἀλέξανδρος δύο καὶ τριάκοντα γεγονὼς ἔτη κατεστραμμένος τὰ πλεῖστα ἠπόρει τί ποιήσει τὸν λοιπὸν χρόνον, ἐθαύμαζεν, εἰ μὴ*

μεῖζον Ἀλέξανδρος ἔργον ἡγεῖτο τοῦ κτήσασθαι τὴν ἡγεμονίαν τὸ διατάξαι τὴν ὑπάρχουσαν.

XIX.

Plutarch. *ibid.* 10. *Γάιον δὲ τὸν θυγατριδοῦν εἰς Ἀρμενίαν ἀποστέλλων ᾐτεῖτο παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν αὐτῷ τὴν Πομπηίου, τόλμαν δὲ τὴν Ἀλεξάνδρου, τύχην δὲ τὴν ἑαυτοῦ παρακολουθῆναι.*

XX.

Plutarch. *ibid.* 11. *Ῥωμαίοις δὲ τῆς ἀρχῆς ἔλεγεν ἀπολείψειν διάδοχον, ὃς οὐδέποτε περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος δὶς ἐβουλεύσατο, Τιβέριον λέγων.*

XXI.

Plutarch. *ibid.* 12. *Θορυβοῦντας δὲ τοὺς ἐν ἀξιώματι νέους καταστεῖλαι βουλόμενος, ὡς οὐ προσεῖχον ἀλλ' ἐθορύβουν, « ἀκούσατε, εἶπε, νέοι γέροντος, οὗ νέου γέροντες ἤκουον ».*

XXII.

Plutarch. *ibid.* 15. *Πείσωνος δὲ τὴν οἰκίαν ἐκ θεμελίων ἄχρι πάσης στέγης ἐπιμελῶς οἰκοδομοῦντος, « εὔθυμον, ἔφη, με ποιεῖς οὕτως οἰκοδομῶν, ὡς ἀιδίου τῆς Ῥώμης ἐσομένης ».*

XXIII.

Plutarch. *vita Cic.* 49, 2. *Πυνθάνομαι δὲ Καίσαρα χρόνοις πολλοῖς ὕστερον εἰσελθεῖν πρὸς ἕνα τῶν θυγατριδῶν· τὸν δὲ βιβλίον ἔχοντα Κικέρωνος ἐν ταῖς χερσὶν ἐκπλαγέντα τῷ ἱματίῳ περικαλύπτειν· ἰδόντα δὲ Καίσαρα λαβεῖν καὶ διελθεῖν ἑστῶτα μέρος πολὺ τοῦ βιβλίου, πάλιν δ' ἀποδιδόντα*

τῷ μειρακίῳ φάναι· « Λόγιος ἀνήρ, ὦ παῖ, λόγιος καὶ φιλόπατρις ».

XXIV.

Plutarch. *compar. Dion. et Brut.* 5. Ἕστηκε δὲ χαλκοῦς ἀνδριὰς ἐν Μεδιολάνῳ τῆς ἐντὸς Ἄλπεων Γαλατίας. τοῦτον ὕστερον ἰδὼν ὁ Καῖσαρ εἰκονικὸν ὄντα καὶ χαριέντως εἰργασμένον παρῆλθεν· εἶτ' ἐπιστὰς μετὰ μικρὸν ἀκροωμένων πολλῶν τοὺς ἄρχοντας ἐκάλει φάσκων ἔκσπονδον αὐτῶν τὴν πόλιν εἰληφέναι πολέμιον ἔχουσαν παρ' αὐτῇ. τὸ μὲν οὖν πρῶτον, ὡς εἰκός, ἠρνοῦντο καὶ τίνα λέγοι διαποροῦντες εἰς ἀλλήλους ἀπέβλεψαν. ὡς δ' ἐπιστρέψας ὁ Καῖσαρ πρὸς τὸν ἀνδριάντα καὶ συναγαγὼν τὸ πρόσωπον, « ἀλλ' οὐχ οὗτος, ἔφη, πολέμιος ὢν ἡμέτερος ἐνταῦθα ἕστηκεν; » ἔτι μᾶλλον καταπλαγέντες ἐσιώπησαν. ὁ δὲ μειδιάσας ἐπῄνεσέ τε τοὺς Γαλάτας, ὡς τοῖς φίλοις καὶ παρὰ τὰς τύχας βεβαίους ὄντας, καὶ τὸν ἀνδριάντα κατὰ χώραν μένειν ἐκέλευσε.

XXV.

Plutarch. *Pericl.* 1. Ξένους τινὰς ἐν Ῥώμῃ πλουσίους κυνῶν τέκνα καὶ πιθήκων ἐν τοῖς κόλποις περιφέροντας καὶ ἀγαπῶντας ἰδὼν ὁ Καῖσαρ, ὡς ἔοικεν, ἠρώτησεν, εἰ παιδία παρ' αὐτοῖς οὐ τίκτουσιν αἱ γυναῖκες, ἡγεμονικῶς σφόδρα νουθετήσας τοὺς τὸ φύσει φιλητικὸν ἐν ἡμῖν καὶ φιλόστοργον εἰς θηρία καταναλίσκοντας ἀνθρώποις ὀφειλόμενον.

XXVI.

Tacit. *ann.* IV 34. Titus Livius, eloquentiae ac fidei praeclarus in primis, Cn. Pompeium tantis laudibus tulit, ut Pompeianum eum Augustus appellaret; neque id amicitiae eorum offecit.

XXVII.

Suet. *Aug.* 13. Inita cum Antonio et Lepido socie tate Philippense quoque bellum, quamquam inva lidus atque aeger, duplici proelio transegit, quorur priore castris exutus vix ad Antoni cornu fuga eva serat. nec successum victoriae moderatus est, se capite Bruti Romam misso, ut statuae Caesaris su biceretur, in splendidissimum quemque captivur non sine verborum contumelia saeviit; ut quiden uni suppliciter sepulturam precanti respondisse di citur iam istam volucrum fore potestatem.

XXVIII.

Suet. *Aug.* 15. Perusia capta in plurimos animad vertit, orare veniam vel excusare se conantibus un voce occurrens moriendum esse.

XXIX.

Suet. *Aug.* 16. Siculum bellum inchoavit in primis sed diu traxit intermissum saepius, modo reparan darum classium causa, quas tempestatibus duplic naufragio et quidem per aestatem amiserat, mod pace facta, flagitante populo ob interclusos commeatu famemque ingravescentem; donec navibus ex integr fabricatis ac viginti servorum milibus manumissis e ad remum datis portum Iulium apud Baias immiss in Lucrinum et Avernum lacum mari effecit. in qu cum hieme tota copias exercuisset, Pompeium inte Mylas et Naulochum superavit, sub horam pugna tam arto repente somno devinctus, ut ad dandun signum ab amicis excitaretur. unde praebitam An

tonio materiam putem exprobrandi: ne rectis quidem oculis eum aspicere potuisse instructam aciem, verum supinum, caelum intuentem, stupidum cubuisse nec prius surrexisse ac militibus in conspectum venisse quam a M. Agrippa fugatae sint hostium naves. alii dictum factumque eius criminantur, quasi classibus tempestate perditis exclamaverit etiam invito Neptuno victoriam se adepturum, ac die circensium proximo sollemni pompae simulacrum dei detraxerit.

XXX.

Suet. *Aug.* 18. Per idem tempus conditorium et corpus Magni Alexandri, cum prolatum e penetrali subiecisset oculis, corona aurea imposita ac floribus aspersis veneratus est consultusque, num et Ptolomaeum inspicere vellet, regem se voluisse ait videre, non mortuos.

XXXI.

Suet. *Aug.* 23. Adeo denique consternatum ferunt (*ob cladem Varianam*), ut per continuos menses barba capilloque summisso caput interdum foribus illideret vociferans: « Quintili Vare, legiones redde! » diemque cladis quotannis maestum habuerit ac lugubrem.

XXXII.

Suet. *Aug.* 25. Nihil autem minus perfecto duci quam festinationem temeritatemque convenire arbitrabatur. crebro itaque illa iactabat: σπεῦδε βραδέως· (*Eurip. Phoen.* 599)

ἀσφαλὴς γάρ ἐστ'ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης,

et: sat celeriter fieri quidquid fiat satis bene. proelium quidem aut bellum suscipiendum omnino negabat, nisi cum maior emolumenti spes quam damni metus ostenderetur. nam minima commoda non minimo sectantis discrimine similes aiebat esse aureo hamo piscantibus, cuius abrupti damnum nulla captura pensari posset.

XXXIII.

Suet. *Aug.* 28. Urbem neque pro maiestate imperii ornatam et inundationibus incendiisque obnoxiam excoluit adeo, ut iure sit gloriatus marmoream se relinquere, quam latericiam accepisset.

XXXIV.

Suet. *Aug.* 33. Ipse ius dixit assidue et in noctem nonnumquam, si parum corpore valeret, lectica pro tribunali collocata vel etiam domi cubans. dixit autem ius non diligentia modo summa sed et lenitate, siquidem manifesti parricidii reum, ne culleo insueretur, quod non nisi confessi adficiuntur hac poena, ita fertur interrogasse: « certe patrem tuum non occidisti? ».

XXXV.

Suet. *Aug.* 40. Etiam habitum vestitumque pristinum reducere studuit, ac visa quondam pro contione pullatorum turba indignabundus et clamitans: « en (*Verg. Aen.* I 282)

Romanos, rerum dominos, gentemque togatam! »

negotium aedilibus dedit, ne quem posthac paterentur in foro circave nisi positis lacernis togatum consistere.

XXXVI.

Suet. *Aug.* 42. Sed ut salubrem magis quam ambitiosum principem scires, querentem de inopia et caritate vini populum severissima coercuit voce: satis provisum a genero suo Agrippa perductis pluribus aquis, ne homines sitirent. eidem populo promissum quidem congiarium reposcenti bonae se fidei esse respondit; non promissum autem flagitanti turpitudinem et impudentiam edicto exprobravit affirmavitque non daturum se quamvis dare destinaret.

XXXVII.

Suet. *Aug.* 51. Quadam vero cognitione, cum Aemilio Aeliano Cordubensi inter cetera crimina vel maxime obiceretur quod male opinari de Caesare soleret, conversus ad accusatorem commotoque similis, « velim, inquit, hoc mihi probes; faciam sciat Aelianus et me linguam habere, plura enim de eo loquar »; nec quicquam ultra aut statim aut postea inquisiit.

XXXVIII.

Suet. *Aug.* 56, 2. Numquam filios suos populo commendavit ut non adiceret: « si merebuntur ».

XXXIX.

Suet. *Aug.* 56, 3. Cum Asprenas Nonius artius ei iunctus causam veneficii accusante Cassio Severo diceret, consuluit senatum, quid officii sui putaret; cunctari enim se, ne si superesset, eripere legibus reum, sin deesset, destituere ac praedamnare amicum

existimaretur; et consentientibus universis sedit in subselliis per aliquot horas, verum tacitus et ne laudatione quidem iudiciali data.

XL.

Suet. *Aug.* 58. Patris patriae cognomen universi repentino maximoque consensu detulerunt ei: prima plebs legatione Antium missa; dein, quia non recipiebat, ineunti Romae spectacula frequens et laureata; mox in curia senatus, neque decreto neque adclamatione, sed per Valerium Messalam. is mandantibus cunctis: « quod bonum, inquit, faustumque sit tibi domuique tuae, Caesar Auguste! sic enim nos perpetuam felicitatem rei p. et laeta huic precari existimamus: senatus te consentiens cum populo R. consalutat patriae patrem ». cui lacrimans respondit Augustus his verbis — ipsa enim, sicut Messalae, posui —: « compos factus votorum meorum, p. c., quid habeo aliud deos immortales precari, quam ut hunc consensum vestrum ad ultimum finem vitae mihi perferre liceat? ».

XLI.

Suet. *Aug.* 65. Iulias, filiam et neptem, omnibus probris contaminatas relegavit; G. et L. in duodeviginti mensium spatio amisit ambos, Gaio in Lycia, Lucio Massiliae defunctis. tertium nepotem Agrippam simulque privignum Tiberium adoptavit in foro lege curiata; ex quibus Agrippam brevi ob ingenium sordidum ac ferox abdicavit seposuitque Surrentum. Aliquanto autem patientius mortem quam dedecora suorum tulit. nam C. Lucique casu non adeo fractus,

de filia absens ac libello per quaestorem recitato notum senatui fecit abstinuitque congressu hominum diu prae pudore, etiam de necanda deliberavit. certe cum sub idem tempus una ex consciis liberta Phoebe suspendio vitam finisset, maluisse se ait Phoebes patrem fuisse. relegatae usum vini omnemque delicatiorem cultum ademit neque adiri a quoquam libero servove nisi se consulto permisit, et ita ut certior fieret, qua is aetate, qua statura, quo colore esset, etiam quibus corporis notis vel cicatricibus. post quinquennium demum ex insula in continentem lenioribusque paulo condicionibus transtulit eam. nam ut omnino revocaret, exorari nullo modo potuit, deprecanti saepe p. R. et pertinacius instanti tales filias talesque coniuges pro contione imprecatus. ex nepte Iulia post damnationem editum infantem adgnosci alique vetuit. Agrippam nihilo tractabiliorem, immo in dies amentiorem in insulam transportavit saepsitque insuper custodia militum. cavit etiam s. c. ut eodem loci in perpetuum contineretur. atque ad omnem et eius et Iuliarum mentionem ingemiscens proclamare etiam solebat: (*Hom. Il.* III 40).

αἴθ' ὄφελον ἄγαμός τ' ἔμεναι ἄγονός τ' ἀπολέσθαι

nec aliter eos appellare quam tris vomicas ac tria carcinomata sua.

XLII.

Suet. *Aug.* 66. Gallo quoque et accusatorum denuntiationibus et senatus consultis ad necem compulso laudavit quidem pietatem tanto opere pro se indignantium, ceterum et inlacrimavit et vicem suam conquestus est, quod sibi soli non liceret amicis, quatenus vellet, irasci.

XLIII.

Suet. *Aug.* 97. Tiberium igitur in Illyricum dimissurus et Beneventum usque prosecuturus, cum interpellatores aliis atque aliis causis in iure dicendo detinerent, exclamavit, quod et ipsum mox inter omina relatum est: non si omnia morarentur, amplius se posthac Romae futurum.

XLIV.

Suet. *Aug.* 99. Supremo die identidem exquirens, an iam de se tumultus foris esset, petito speculo capillum sibi comi ac malas labantes corrigi praecepit et admissos amicos percontatus, ecquid iis videretur mimum vitae commode transegisse, adiecit et clausulam:

ἐπεὶ δὲ πάνυ καλῶς πέπαισται, δότε κρότον
καὶ πάντες ἡμᾶς μετὰ χαρᾶς προπέμψατέ.

omnibus deinde dimissis, dum advenientes ab urbe de Drusi filia aegra interrogat, repente in osculis Liviae et in hac voce defecit: « Livia, nostri coniugii memor vive ac vale! » sortitus exitum facilem et qualem semper optaverat. nam fere quotiens audisset cito ac nullo cruciatu defunctum quempiam, sibi et suis *εὐθανασίαν* similem — hoc enim et verbo uti solebat — precabatur.

XLV.

Suet. *Tib.* 21. Ac non multo post (*Tiberius*) lege per consules lata, ut provincias cum Augusto communiter administraret simulque censum ageret, con-

dito lustro in Illyricum profectus est. et statim ex itinere revocatus iam quidem adfectum, sed tamen spirantem adhuc Augustum repperit fuitque una secreto per totum diem. scio vulgo persuasum quasi egresso post secretum sermonem Tiberio vox Augusti per cubicularios excepta sit: « miserum populum R., qui sub tam lentis maxillis erit ».

XLVI.

Suet. *Galb.* 4. Constat Augustum puero adhuc (*Galbae*), salutanti se inter aequales, apprehensa buccula dixisse: « *καὶ σὺ τέκνον τῆς ἀρχῆς ἡμῶν παρατρώξῃ* ».

XLVII.

Appian. *b. c.* III 13, 43. *Ὡς δ' ἐς τὴν πόλιν ἀφίκετο, ἡ μὲν μήτηρ αὖθις καὶ Φίλιππος, ὅσοι τε ἄλλοι κηδεμόνες ἦσαν αὐτοῦ, ἐδεδοίκεσαν τήν τε τῆς βουλῆς ἐς τὸν Καίσαρα ἀλλοτρίωσιν, καὶ τὸ δόγμα, μὴ εἶναι δίκας ἐπὶ Καίσαρι φόνου, καὶ τὴν Ἀντωνίου τότε δυναστεύοντος ἐς αὐτὸν ὑπεροψίαν, οὔτε ἀφικομένου πρὸς τὸν Καίσαρος υἱὸν ἐλθόντα, οὔτε προσπέμψαντος αὐτῷ· ὁ δὲ καὶ ταῦτ' ἐπράυνεν, αὐτὸς ἀπαντήσειν ἐς τὸν Ἀντώνιον εἰπὼν οἷα νεώτερος ἐς πρεσβύτερον καὶ ἰδιώτης ἐς ὕπατον, καὶ τὴν βουλὴν θεραπεύσειν τὰ εἰκότα. καὶ τὸ δόγμα ἔφη γενέσθαι μηδενός πω τοὺς ἀνδροφόνους διώκοντος· ἀλλ' ὁπότε θαρρήσας τις διώκοι, καὶ τὸν δῆμον ἐπικουρήσειν καὶ τὴν βουλὴν ὡς ἐννόμῳ καὶ τοὺς θεοὺς ὡς δικαίῳ καὶ τὸν Ἀντώνιον ἴσως. εἰ δὲ καὶ τοῦ κλήρου καὶ τῆς θέσεως ὑπερίδοι, ἔς τε τὸν Καίσαρα ἁμαρτήσεσθαι καὶ τὸν δῆμον ἀδικήσειν ἐς τὴν διανομήν. ἀπερρήγνυ τε λήγων τοῦ λόγου ὅτι μὴ κινδυνεύειν οἱ καλὸν εἴη μόνον, ἀλλὰ καὶ θνήσκειν, εἰ προκριθεὶς ἐκ πάντων ἐς τοσαῦτα ὑπὸ τοῦ Καίσαρος ἀντάξιος αὐτοῦ φαίνοιτο*

φιλοκινδυνοτάτου γεγενότος. τά τε τοῦ Ἀχιλλέως, ὑπόγυά οἱ τότε ὄντα μάλιστα, ἐς τὴν μητέρα ὥσπερ ἐν τὴν Θέτιν ἐπιστρεφόμενος ἔλεγεν· (*Hom. Il.* XVIII 98)

αὐτίκα τεθναίην, ἐπεὶ οὐκ ἄρ' ἔμελλον ἑταίρῳ
κτεινομένῳ ἐπαμύνειν

καὶ τόδε εἰπών, Ἀχιλλεῖ μὲν ἔφη κόσμον ἀθάνατον ἐκ πάντων εἶναι τοῦτο τὸ ἔπος, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ μάλιστα, αὐτὸς δ' ἀνεκάλει τὸν Καίσαρα οὐχ ἑταῖρον ἀλλὰ πατέρα, οὐδὲ συστρατιώτην ἀλλ' αὐτοκράτορα, οὐδὲ πολέμου νόμῳ πεσόντα ἀλλ' ἀθεμίστως ἐν βουλευτηρίῳ κατακοπέντα.

XLVIII.

Dio Cass. LIV 23. *Κἀν τῷ αὐτῷ τούτῳ ἔτει Οὐήδιος Πωλλίων ἀπέθανεν, ἀνὴρ ἄλλως μὲν οὐδὲν μνήμης ἄξιον παρασχόμενος, καὶ γὰρ ἐξ ἀπελευθέρων ἐγεγόνει, καὶ ἐν τοῖς ἱππεῦσιν ἐξητάζετο, καὶ λαμπρὸν οὐδὲν εἰργάσατο, ἐπὶ δὲ δὴ τῷ πλούτῳ τῇ τε ὠμότητι ὀνομαστότατος γενόμενος, ὥστε καὶ ἐς ἱστορίας λόγον ἐσελθεῖν. οὗτος γὰρ τὰ μὲν ἄλλα ὅσα ἔπραττε, δι' ὄχλου ἂν λεγόμενα γένοιτο, μυραίνας δὲ δεδιδαγμένας ἀνθρώπους ἐσθίειν ἐν δεξαμεναῖς τρέφων, τοὺς δούλους αὐταῖς οὓς ἐθανάτου παρέβαλλε. καὶ ποτε τὸν Αὔγουστον ἑστιῶν, εἶτ' ἐπειδὴ ὁ οἰνοχόος κύλικα κρυσταλλίνην κατέαξεν, ἐς τὰς μυραίνας αὐτόν, μηδὲ τὸν δαιτυμόνα αἰδεσθείς, ἐμβληθῆναι προσέταξεν. ὁ οὖν Αὔγουστος, προσπεσόντος οἱ τοῦ παιδὸς καὶ ἱκετεύσαντος αὐτόν, τὰ μὲν πρῶτα πείθειν τὸν Πολλίωνα ἐπειρᾶτο μηδὲν τοιοῦτον δρᾶσαι, ὡς δ' οὐχ ὑπήκουσεν αὐτῷ, « φέρε, ἔφη, πάντα τἄλλα ἐκπώματα, ὅσα ποτὲ τοιουτότροπα ἢ καὶ ἕτερά τινα ἔντιμα κέκτησαι, ἵνα αὐτοῖς χρήσωμαι ». καὶ αὐτὰ κομισθέντα συντριβῆναι ἐκέλευσεν. ἰδὼν δὲ τοῦτ' ἐκεῖνος ἄλλως μὲν ἤσχαλλεν, οὔτε δὲ τοῦ ἑνὸς ἔτι ποτηρίου πρὸς τὸ πλῆθος τῶν ἄλλων τῶν ἀπολωλότων ὀργὴν ἔχων,*

οὔτ' αὖ τὸν διάκονον ὧν γε καὶ ὁ Αὔγουστος ἐπεποιήκει τιμωρήσασθαι δυνάμενος, ἡσυχίαν καὶ ἄκων ἤγαγε.

IL.

Macrob. *saturn.* II 4, 1. 2. Augustus Caesar adfectavit iocos, salvo tamen maiestatis pudorisque respectu, nec ut caderet in scurram. Aiacem tragoediam scripserat, eandemque, quod sibi displicuisset, deleverat. postea L. Varius, tragoediarum scriptor, interrogabat eum quid ageret Aiax suus. et ille « in spongiam, inquit, incubuit ».

L.

Macrob. *saturn.* II 4, 4. Idem cum ab eo Pacuvius Taurus congiarium peteret, diceretque iam hoc homines vulgo loqui, non parvam sibi ab illo pecuniam datam, « sed tu, inquit, noli credere ».

LI.

Macrob. *saturn.* II 4, 5. Alium praefectura equitum submotum et insuper salarium postulantem, dicentemque: « non lucri causa dari hoc mihi rogo, sed ut iudicio tuo munus videar impetrasse, et ita officium deposuisse », hoc dicto repercussit: « tu te accepisse apud omnes adfirma, et ego dedisse me non negabo ».

LII.

Macrob. *saturn.* II, 4, 7. Saxo in expeditione percussum ac notabili cicatrice in fronte deformem, nimium tamen sua opera iactantem sic leniter castigavit: « at tu cum fugies, inquit, numquam post te respexeris ».

LIII.

Macrob. *saturn.* II 4, 8. Galbae, cuius informe gibbo erat corpus, agenti apud se causam et frequenter dicenti: « corrige in me siquid reprehendis », respondit: « ego te monere possum, corrigere non possum ».

LIV.

Macrob. *saturn.* II 4, 9. Cum multi Severo Cassio accusante absolverentur, et architectus fori Augusti expectationem operis diu traheret, ita iocatus est: « vellem Cassius et meum forum accuset ».

LV.

Macrob. *saturn.* II 4, 10. Vettius cum monumentum patris exarasset, ait Augustus: « hoc est vere monumentum patris colere ».

LVI.

Macrob. *saturn.* II 4, 11. Cum audisset inter pueros, quos in Syria Herodes rex Iudaeorum intra bimatum iussit interfici, filium quoque eius occisum, ait: « mallem Herodis porcus esse quam filius ».

LVII.

Macrob. *saturn.* II 4, 13. Exceptus est a quodam cena satis parca et quasi cotidiana. nam paene nulli se invitanti negabat. post epulum igitur inops ac sine ullo apparatu discedens vale dicenti hoc tantum insusurravit: « non putabam me tibi tam familiarem ».

LVIII.

Macrob. *saturn.* II 4, 14. Cum de Tyriae purpurae, quam emi iusserat, obscuritate quereretur, dicente venditore: « erige altius et suspice », his usus est salibus: « quid? ego, ut me populus Romanus dicat bene cultum, in solario ambulaturus sum? »

LIX.

Macrob. *saturn.* II 4, 15. Nomenculatori suo, de cuius oblivione querebatur, dicenti: « numquid ad forum mandas? » « accipe, inquit, commendaticias quia illic neminem nosti ».

LX.

Macrob. *saturn.* II 4, 16. Vatinio in prima sua aetate eleganter insultavit. contusus ille podagra volebat tamen videri discussisse iam vitium et mille passus ambulare se gloriabatur. cui Caesar: « non miror, inquit: dies aliquanto sunt longiores ».

LXI.

Macrob. *saturn.* II 4, 17. Relata ad se magnitudine aeris alieni, quam quidam eques Romanus dum vixit excedentem ducenties celaverat, culcitam emi cubicularem in eius auctione sibi iussit, et praeceptum mirantibus hanc rationem reddidit: « habenda est ad somnum culcita in qua ille, cum tantum deberet, dormire potuit ».

LXII.

Macrob. *saturn.* II 4, 18. Non est intermittendus sermo eius, quem Catonis honori dedit. venit forte in domum in qua Cato habitaverat. dein Strabone in adulationem Caesaris male existimante de pervicacia Catonis ait: « quisquis praesentem statum civitatis commutari non volet, et civis et vir bonus est ».

LXIII.

Macrob. *saturn.* II 5, 4. Blandiebatur sibi Augustus laetum in filia animum usque ad speciem procacitatis sed reatu liberum, et talem fuisse apud maiores Claudiam credere audebat. itaque inter amicos dixit duas habere se filias delicatas, quas necesse haberet ferre, rem publicam et Iuliam.

LXIV.

Macrob. *saturn.* II 5, 7. Eadem Iulia mature habere coeperat canos, quos legere secrete solebat. subitus interventus patris aliquando oppressit ornatrices. dissimulavit Augustus deprehensis super vestem earum canis, et aliis sermonibus tempore extracto induxit aetatis mentionem, interrogavitque filiam utrum post aliquot annos cana esse mallet an calva; et cum illa respondisset: « ego, pater, cana esse malo », sic illi mendacium obiecit: « quid ergo istae te calvam tam cito faciunt ? ».

APPENDIX CRITICA

Hoc lectores monitos volo, in hac appendice non modo varias codicum me attulisse scriptiones, sed adnotationes quasdam addere mihi visum esse, quae ad fragmenta explananda illustrandaque conferrent.

Indicem autem rerum gestarum ex monumento Ancyrano edidi: Antiocheni reliquias, quae grandioribus litteris scriptae sunt, tum modo rettuli, cum ad Ancyrani lacunas explendas valerent: quibus vero litteris punctum est subiectum, eae dubiam praebent lectionem. Praeterea, in eiusdem indicis editione, hoc est monendum:

§ notam significare comma in lapide indicatum nota / vel ʒ;
[§] simile comma in lapide interstitio indicatum; apices vocalibus a e i o u adscriptos in ipso lapide cerni; vocalem autem I supra lineam productam cerni.

NOTAE CODICUM

I. Gell. *Noctes Atticae* (1):

Q = cod. bibl. nat. Parisinus 8664, membr., saec. XIII.
Z = cod. acad. Lugd. Bat. Vossianus F7 (Vossianus maior olim dictus), membr., saec. XIV.
O = cod. Christinae in Vatic. I (Danielinus) 597, membr., saec. X.

(1) *A. Gellii noctium atticarum libri XX ex recensione et cum apparatu critico* Martini Hertz (Berolini 1883-1885).

X = cod. acad. Lugd. Bat. Vossianus F 112 (Vossianus minor olim dictus), membr., saec. X.
Π = cod. Christinae in Vat. II (Petavianus) 1646, membr., saec. XII.
N = cod. Magliabechianus, olim S. Marci, Florentin. 329, chart., saec. XV.
T = anthol. Gellio-Valeriana Thuanea (cod. Paris. 4952, olim Colbert, membr., saec. XII).
Y = eadem Ursiniana (cod. Vat. 3307, membr., saec. XII).
σ = Casp. Scioppii excerpta.
ς = codd. recentiores.
Litt. min. q x significant horum codd. manus alteras.

II. Macrob. *saturn.* (1):
P = Parisinus.
B = Bambergensis M. L. V. 5 n. 9 Saturnaliorum I-III, 19, 5 continens.
P^1B^1 = lectio codicum emendatione anterior.

III. Quint. *inst. or.* (2):
A = Ambrosianus R 153 saec. XI.
B = archetypon codd. { Bernensis 351 saec. X. Bambergensis M. 4, 14 saec. X. Parisinus Nostradamensis s. X vel XI bibl. nat. Fonds latin, 18527. }
P = Parisinus 7723 olim Laurentii Vallae.

IV. Sen. *dial.* libri XII (3):
A = Ambrosianus C 90 inf., saec., ut videtur, XI.

---

(1) *Macrob. saturn.* Franciscus Eyssenhardt *iterum recognovit* (Lipsiae 1893).
(2) *M. Fabi Quintiliani institutionis oratoriae libri XII, ed.* Ludovicus Radermacher I (Lipsiae 1907).
(3) *L. Annaei Senecae dialogorum libri XII, ed.* Emil Hermes (Lipsiae 1903).

V. Suet. de vita Caesarum (1):

Ω = lectio archetypi (Fuldensis ut videtur libri quo Einhardus usus est) sive consensus codicum.
M = Paris. 6115 (Memmianus) saec. IX; M^2 = corrector eius satis antiquus (saec. XI-XII).
G = Gudianus 268 saec. XI.
V = Vaticanus 1904 saec. XI-XII.
X { L = Laurentianus plut. 68, 7 saec. XI-XII (Mediceus tertius); L^2 = corrector antiquior.
P = Parisinus 5801 saec. XII.
S = Montepessulanus 117 saec. XII.
T = Berolin. lat. fol. 337 (olim Hulsianus sive Haganus saec. XIV).
Y { *Π* = Paris 6116 saec. XII; Π^2 = corrector antiquus.
Q = Paris. 5082 saec. XII.
R = Regius musei Britannici 15 C. III saec. XII.
ς = alii codices recentiores, unus vel alter aut plures, in his *δ* = cod. Paris. 5804 saec. XV.
H = Heirici Autossiodurensis excerpta saec. IX, ad fidem cod. Paris. 8818 saec. XI.
N = excerpta cod. Paris. 17 903 (olim Notre-Dame 188) saec. XIII.
X^1 = consentiens lectio librorum V et X.
Y^1 = consentiens lectio librorum *Y* et ST, quibus plerumque accedunt P^2 et O (O^2).

Vitae Horatianae codices his notis indicantur (2):

A = Regius 7971 olim Floriacensis saec. X.
B = « Blandinianus antiquissimus ».
C = Reg. 7972 olim Joannis Jacobi Mentelli saec. X.
D = Reg. 7974 a D. Gothofredo Puteanis fratribus dono datus saec. X.
E = Reg. 8214 Colbertinus saec. XII.

---

(1) *Suet. de vita Caes. rec.* Maximilianus Ihm (Lipsiae 1908).
(2) *Suetoni Tranquilli praeter Caesarum libros reliquias ed.* A. Reifferscheid (Lipsiae 1860).

ς = codices vitae breviatae: Reg. 7977 olim Nicolai de Clemangiis saec. X; Heinianus Barcinone comparatu saec. X; Monacensis 375 saec. XII; Reginensis 1701

Vitae Vergilianae:

B = Bernensis 172 olim Floriacensis deinde Danielinu postea Bongarsianus saec. X.

R = Reginensis 1495 saec. XI.

ς = vulgata in qua exhibenda praecipue usui fuit editi Veneta 1558.

De rerum natura:

A = Bambergensis H. I. IV 17 (786 Iaeck) saec. IX.

C = Basileensis F III 15ª saec. VIII vel IX.

D = Basileensis F III 15*f* saec. IX.

M = Bernensis 610 saec. X.

VI. Corpus agrimensorum Romanorum (1):

A = cod. Arcerianus (Guelferb. 2403, Aug. f. 36, 23) saec. VI. f. 1-83ᵛ.
(A p. 1-194).

B = cod. Arcerianus (Guelferb. 2403, Aug. f. 36, 23) saec. VI. f. 84-156.
(B p. 1-288).

P = cod. Palatinus Vatic. lat. 1564, med. saec. IX (priu Fuldensis, Heidelbergensis).

AD POEMATA

I. 1 *poeticam* *Π*Q.

III. 2 *balnei* M²X*Π*.

V. 2 *nec maculent* mavolt Castiglioni | codex *nebula* habet quod verbum et sensum turbat neque metro aptari potest, cum prima brevis sit syllaba: optime Hagen *nubila* correxit, quam lectionem Baehrens accepit | 6 *Fatis* Hagen.

VI. 2 *succedente* *Π*Q.

VII. 1-2 *tragu* (corr. in *o*) *aediam* B | 3 *delaverat* B¹ | *L. Variu* Pontanus: *lucius graius* PB | *traguediarum* B | 4 *quod* B¹.

---

(1) *Corpus agrimensorum Romanorum recensuit* CAROLUS THULIN, *opuscula agrimensorum veterum*, Lipsiae 1913.

X. 2 *exculpsisse* X.

XI. 4 *tantopere* Fröhner mus. Rhen. 47 p. 293; *tali opere* libri, lectio vulgata | *aevis* supplevit Mayhoff coll. XVI 6. 43; XIV 9; XXIV 17 (cfr. *Pliniana* p. 31), om. libri, lectio vulg. *non* Broterii editio Parisina 1779 | *victa*] lectio vulg. *-to* libri, *invicto* Schneidewin, *vitio* Fröhner | *sed*] libri, lectio vulg. *est* Fröhner | 4-5 *inlustrata*] lectio vulg. (Fröhner) *-ato* libri | *facili opere dum laudat ut aevo victam, sed inlustratam* dubitanter proposuit Castiglioni.

XII. 3-4 *rursusque* P | 4 *brevi* P | 6 *obviã ad se* P.

XV. corruptus est locus codicesque inter se discrepant: trimetrum supra scriptum effecit Bücheler; *εἰ δὲ πᾶν ἔχει καλῶς τῷ παιγνίῳ δότε κρ.* Turnebus; *ἐπεὶ δ' ἔχει τέλος τὸ παίγνιον δ. κρ.* Bentley; *εἰ δέ τι ἔχοι καλῶς τὸ παίγνιον κρότον δότε* Roth | 2 *ὑμεῖς* Erasmus, *προπέμψατε* Bentley et Roth, *κτυπήσατε* Erasmus, *ποππύσατε* Turnebus.

AD EPISTULAS

1.

XVI. 5 *ut*] *et ut* Beroaldus et Casaubonus | 8 *ελαττωσθαι* (*ωσεαι* Mal.) *Ω*, corr. Beroald. | 10 *ψυχῆς* editiones principes Romanae: *ψχης* codd. | 12 *εηιωθοσιν* fere *Ω*, corr. edd. Rom. | 18 *sillani ς*, *Silani* Beroald. | 22 *montem* om. Π-Q | 27 *fluctuemus* XΥ.

XVII. 2 *nec* MG | *cenat* G | 4 *deligerent* Burmannus | 6 *ναμ Ω*, *λίαν* vel *πάνυ* edd. ante Rothium.

De Sulpicio et Athenodoro, quorum in hoc fragmento mentio fit, nihil prorsus scimus: id unum ex Augusti verbis apparere videtur, eos iuvenes obsoletos fuisse sodales atque convictores a Claudio, invito Augusto, in familiaritatem adsumptos.

XVIII. Scite his verbis Augustus pulchrum illud dicendi praeceptum praebuit, quod ita Cato tradidit (*ad Marcum filium* 15 p. 80 Jordan): *rem tene, verba sequentur*; cfr. Horat. *a. p.* 311: *verbaque provisam rem non invita sequentur.*

XIX. Per epistulam id Augustum fecisse ex iis quae eodem Suetoni loco verba praecedunt (fr. XXXII) effici potest.

XX. 1 *quot* Lipsius | 2 *inter se* del. Torrentius.

XXI. 4 *aut*] *ad* J. Marquardt.

Vinicium istum, Augusti convivam et conlusorem demonstravit Borghesi (*Oeuvres complètes* V, Paris 1869, p. 126) L. Vinicium fuisse L. filium, triumvirum monetalem sub Augusto anno 738/16, sicut e nummis colligi licet. Eleganter de hoc dixit Augustus (Sen. *controv.* II 5, 20): *L. Vinicius ingenium in numerato habet*: cfr. p. 106, II. De Vinicia gente, a Calibus, Campaniae urbe, oriunda, quae plebeia quidem sed equestris ordinis, Augusti Tiberique aetate et rebus gestis et eloquentiae laude et honoribus inclaruit, vide quae Borghesi (*o. c.* II, Paris 1864, p. 313 sqq.; V p. 126 sq.) disseruerit. Quod ad Augusti de L. Vinicio dictum pertinet, vide: J. De Decker, «*Ingenium in numerato habere*» (*de l'origine historique d'une locution courante*) in «Revue de l'instruction publique en Belgique», 53 (1910), pp. 371-374; ibid. pp. 375-380: *L. Vinicius III vir flanda moneta?* (*L. Vinicius, le magistrat monétaire*). — Alter Augusti conviva fuisse videtur P. Silius P. filius Nerva, qui consulatum sub Augusto a. 734/20 gessit gentesque Alpium ut leg. Aug. procos. vicit a. 738/16 (Dio Cass. LIV 20; Plin. *n. h.* III 20; Strabo IV 5, 8).

XXII. 1 *quinquatriis* GX[1]Y | 2 *aleatorium* Sabellicus (edd.) | 5 *retractatum* M, *retractus* X (in L *us* in ras.) | 7 *liberali* X.

Sollemnia Quinquatruum, per quae Augustus continuo se lusisse fatetur, in honorem Minervae celebrabantur post diem quintum Idus Martias (unde nomen ortum est) per quinque dies: vide Ovid. *fast.* III 812: haec maiora Quinquatria dicebantur. Erant etiam Quinquatria minora sive Quinquatrus minusculae, quae celebrabantur Idibus Juniis: v. Ovid. *fast.* VI 651. — Bene admonuit ad hunc locum Rutgersius *manum* pro ea pecunia posuisse Augustum, quae inter duos ludentes poneretur: minus bene conferendum esse censuit Ovidi *de a. a.* I v. 451 sq.: *sic, ne perdiderit, non cessat perdere lusor,* | *et revocat cupidas alea saepe manus*, ubi manus de lusoribus, non de pecunia intellegendas esse, sicut apud eundem Ovidium *e Pont.* I 46: *nec tenet incertas alea blanda manus*, manifestum est. — De verborum «*benignitas mea me ad caelestem gloriam efferet*» significatione vide: C. Pascal, *La deificazione di Augusto*, in *Rendiconti del R. Ist. Lomb. di sc. e lett.* serie II, vol. XLIV (1911).

XXIII. 1 *iaetati* M, *pietati* δ (Bentley).

XXVI. 3 *balneo* M²HGX*Π* | 4 *buceas Π*¹, *bucceas Π*² R (edd.), *buccatas* H.

Haud abs re mihi videtur quae de hoc fragmento admonuerit Th. Reinach (*Textes d'auteurs grecs et romains relatifs au Judaïsme, réunis, traduits et annotés*, Paris 1895, p. 244 adn.) hic afferre: *Le sabbat pris pour un jour de jeûne est une confusion ordinaire chez les auteurs du siècle d'Auguste... Auguste se montrait tolérant, mais méprisant pour les cultes orientaux; il félicita son petit fils Caius qui, en visitant Jérusalem, s'était abstenu d'aller prier au temple* (Suet. *Aug.* 93).

XXVII. 1 *gere* M, *rege* rel. | 2 *ταῖς Μούσαις στϱ.* vulg.; in codicibus haec verba corrupta sunt; post *Μούσαις* legunt *καλά* vel *ἄϱιστε* Turnebus, *ἄϱιστα* Casaubonus, *αἰεί* Bentley; *ταῖς μου ἴσα σαῖς τε* Roth, *ταῖς (ἐ)μοῦ πάσαις* Bücheler | 3 *νομιμώτατε* ed. a. 1480 (ς?), *νομιμωματε Ω* (*legitime* supra scriptum est in VLS), *μονιμώτατε* Casaubonus.

XXVIII. 1 post *vero* excidisse videtur verbum: *laudo* post *Tiberi* inseruit Stephanus, *probo* Castiglioni, *verso* pro *vero* propos. Bücheler; *Ordinem aestivorum tuorum! ego vero* Roth | 3 *ἀποθυμίαν*] Salmasius, *αποθυμεια* ML, *-ειαν* rel., *ἀπείθειαν* Bentley, *λιποθυμίαν* coniecit Ihm (supra scriptum est *et tantam defectionem militantium* in VLS) | 4 *tu te* Ursinus | *ii*] *hii* codd.

XXIX. 2 *stomachorum* MGV (L¹?) P, *-chandum* R, *-chosum* Heinsius | *velde* M, *vade* R | 5 *τεσπμενοιο Ω*, corr. edd. Rom.

XXX. 4 *et de summa* YP²T (edd.).

XXVIII, XXIX, XXX, XXXI, XXXII particulas diversarum esse litterarum et Suetoni verbis et sensu ipso manifestum fit.

XXXIII. Hadrianus apud Charisium (*inst. gramm.* II, p. 271 Barwick) hunc locum his criminatus est verbis: *Tametsi divus Augustus non pereruditus homo fuerit, ut id adverbium ex usu potius quam ratione extulerit.*

XXXV. 4 *in aliud* M.

Docet hoc fragmentum magnam Augustum cum privigno crebritatem adsiduitatemque litterarum habuisse, quocum interiores animi sensus communicare soleret.

XXXVI. 1 *quoniam* Monac. Gu. 2. 3, *quod* Gu. 4, *quum* vulg. | *incedunt* Gu. 3, *accidant* al. | *scribi* Monac. vulg., scribere Gu. 1 | 2 *ad alterutrum* vulgo, *alterutrum* Monac. Gu. 1, 2. 3. 4 | *oportet* vulg. | *et* super vers. Monac., om. Gu. 2. 3. 4 | *secretas* Gu. 4 | *habeamus ergo inter nos* vulg., *inter nos habeamus* Gu. 1 | 3 *cumque* Gu. 1 | *nobis* Gu. 3 | 4-5 *hoc modo* om. Gu. 4 | 6-7 *ad duplex a a redeundum erit* Gu. 1.

Incertum est de quo privignorum nepotumve Suetoni verba intellegenda sint; at recte contendit Weichert nusquam Tiberium, ne post adoptionem quidem, apud ullum scriptorem Augusti filium tantum appellatum esse, sed privignum modo: nepotes autem eius G. et L. Caesares a. 737/17 adoptatos (cfr. Mommsen, *Res gestae divi Augusti*[2] p. 52) constanter filios nominatos esse. Itaque alterutrum intellegamus necesse est, quos utrosque Augustum notare i. e. per notas scribere docuisse e loco Suetoni (*Aug.* 64) patet, ubi quamquam communis, omnium codicum lectio est *natare* pro *notare*, tamen viri docti consentiente voce falsam eam et ineptam censuerunt totique contextui repugnantem; nullum igitur est dubium quin emendatio accipienda sit. Cum Weicherto Gaium Caesarem nepotem intellego, quem Augustus maxime dilexit, ad quem scriptas epistulas ipsum una collegisse atque uno evulgasse libro veri est simillimum. De hoc Augusti scribendi per notas more vide etiam Suet. *Aug.* 88, Dion. Cass. LI 3, 7.

XXXVII. 1 *nono Π* | *kł* omnes | *octobres* ON *octobr. Y* ex sil. *octo* T XΠT | 2 *have* ZON | *migai* ZX *migai* T *gaii* O pr. ut vid. *Y* | *asellus*] ‘ v. c. ’ ap. σ: *agellus* ‘ al. m. ’ ap. σ *assellus XΠ* *ocellus* Ph. Beroaldus ed. Bonon. a. 1503 | 3 *desiderio* Q | *a me* om. *Y* | *abest* (.T) *et* T *Y abes et* q *abesset* QZ | 5 *Gaium*] x:· *gravē* X | 6 *fuistis peroletum* (*ꝑ oletū* Q) QZ *loetum* X pr. | 6-7 *valente celebras sequar tum* X pr. | 8 *κλειμακτηρα* XN *καιμακτηρα* ZOϒ *cleimactera* Π | *Cōmunem* Z | 9-10 *d̃os an̉ *oro* (*oro* in ras.) Z | *mihi*] om. QZ | 11 *id*] *ut* Z | *salvis*] *salusti’* ϒ | *vobis* OΠNTϒ | *statu*] om. T *staturei. p.* X pr. | 12 *ανδραγαθουντω* ON, *ανδραγαουντωνμων* Z, *ανδραγαθουντωυμαν* Π, *ανδραγεουν|τωυμαν* X, *ἀνδραγαθούντων- meam* om. ϒ. GR. T | *διαδεχομενον* O pr. Π | 13 *stationem meam*] om. Π.

Hanc elegantem atque dulcis tenerique amoris plenam epistulam ad Gaium nepotem tum in Oriente contra Parthos

bellantem scripsit Augustus, cum quartum et sexagesimum aetatis annum ingressus (a. 1 p. Chr.), quam laete *κλιμακτῆρα* annum sexagesimum tertium evasisset, facile intellegere potest qui Augusti animum religionum superstitionumque plenum fuisse consideraverit.

XXXVIII. 2 *emendat quod is* B, *emendatius* A, *emendatus quod is* P | 3 *calidam*] *caldam* Keil | *mavult* A | 4 *id*] *illud* P | *otiosum* Burmann.

De Augusti in erudiendis nepotibus neptibusque cura certiores nos facit Suetonius (*Aug.* 64); quemadmodum igitur Agrippinam neptem admonuit (fr. sq.) ut daret operam ne moleste scriberet et loqueretur, ita Gaium nepotem eum hortatum esse, ne vocabulorum formis, quae in usu versari desissent, uteretur, ex hoc Quintiliani loco accipimus, qui cum eos reprehendat, qui plenas vocabulorum formas imminutis praeferant ideoque *novisse iudicavisse* pro *nosse iudicasse* dicant, item *audaciter* pro *audacter*, *emicavit* pro *emicuit*, addit et ea quae supra attulimus. — *περίεργον* (Forcellini, *Lexikon totius latinitatis* I, Patavi 1864, p. 464) est nimis exquisite et curiose dictum. Porro odiosum appellasse videtur, quia valde proximum voci *callidus*, quod fere in malam partem usurpari solet. Ex hoc sane intellegimus Augusti aetate *caldus* pro *calidus* iam usitatissimum fuisse.

XXXIX. 2 *Hierosolyma* Burmannus, *Hierosolymam* codd.

Per epistulam Gaium ab Augusto laudatum esse veri est simillimum; cfr. enim Suet. *Aug.* 86, 3.

XL. 1 *sed*] *et* M.

XLI. 2 *asellius Y* | 4 ⟨*uti*⟩ *ut* Casaubonus (in M post *vellet* aliquid erasum).

XLIII. 2 *ipsi* MG.

Cum M. Antonio magnum epistularum commercium post triumviratum initum Augusto fuisse rerum scriptores nos edocent: eas maximam partem aversum invicem animum spirantes, immo etiam nonnumquam contumeliosas fuisse, ex Suetoni (*Aug.* 2. 4. 16. 28. 68. 69. 70) Tacitique (*ann.* IV 34) testimoniis colligi licet. Id genus haud dubie ea fuit epistula in qua per contumeliam Augustum Thurinum Antonius ap-

pellavit. De cognominis Thurini origine, quod Augusto infanti inditum est, duplicem Suetonius profert sententiam: illum sic appellatum esse in memoriam maiorum originis, vel quod regione Thurina recens eo nato pater Octavius adversus fugitivos rem prospere gessisset. Hanc sententiam reiciendam Weichert (*o. c.* p. 61) censuit, quod non appareret quam ob causam illud cognomen non patri sed infanti eius filio impositum fuisset, neque intellegi posset quo pacto illud potuisset ei pro obprobrio obici; idcirco priorem Suetoni sententiam accepit, quippe quae multum probabilitatis haberet, cum Antonius ipse Augusti maiorum originem ex pago Thurino repetivisset eiusque proavum ibi libertinum et restionem fuisse exprobrasset (Suet. *Aug.* 2). Cognomen illud igitur ad ignobilem Augusti maiorum originem rettulit. At quod Weichert ait nullo modo fieri potuisse ut illud cognomen infanti filio potius quam patri impositum esset, id parum recte dictum videtur, cum doctissimus ille vir haud sane ignoraverit Asinii Pollionis filium post patris ad Salonas victoriam, Saloninum appellatum fuisse (Drumann-Groebe, *Gesch. Roms* II p. 12); probabile autem videtur Antonium duplici significatione id cognomen adhibuisse idque e verbo graeco « θούριος » derivasse: ita enim facile fit intellectu quomodo posset Augusto pro obprobrio obici.

XLV. 1 *an*] *ac* Bentley, *aut* F. A. Wolf | *Verrius* Beroald., *Granius* Casaub. | 4 *inanibus* (*inanib;* M) *Ω*, *inanis* I. F. Gronov.

Cimber Annius iste, qui ab Augusto memoratur, M. Antoni administer fuit, rhetor, historicus et poeta admodum ineptus, insulsus antiquitatis affectator: hic fuit a quo fratrem necatum hoc Ciceronis dicto notatum est: *Germanum Cimber occidit* (*Phil.* XI 6, 14): idem in epigrammate, quod inter Catalepta fertur, hoc modo derisus est (*Catalept.* ed. Rem. Sabbadini, Aug. Taurinorum (Parav.) 1917 p. 5: cfr. p. 31): *Corinthiorum amator iste verborum,* | *Iste iste* (*rhetor namque*), *quatenus totus* | *Thucydides, tyrannus Atticae febris,* | *Tau Gallicum, min et psin ut male illisit,* | *Ita omnia ista verba miscuit fratri.* — Veranium Flaccum nobis plane ignotum esse fateamur necesse est: hoc tamen ex Augusti verbis efficere possumus eum haud obscurum eiusdem generis rhetorem fuisse.

XLVI. Weicherti coniectura fretum Siculum hic esse intellegendum multum probabilitatis habet.

XLVII. 1 *mi ebunum* Jahnius Herm. II 247: *mel gentium* BP | *Medulliae* Turnebus Adversariorum XVIII 1: *melcule* in ras. in P, *meculle* (corr. ut vid. ex *mecure*) B | *ebur ex* om. P[1] | 2 *ar&inū* P | *sapnas* B | *tyberinū* P | *ritū* in *margaritū* in ras. in P | 3 *cilneorum* BP (in B librarius primitus exaraturus fuit *ll*) | *Zmaragde* P, *smaragdae* B | *Iguvinorum*] Jahnius: *figulorum* BP | 4 *porsene* (n superscr.) B, *porsene* P | *Hadriae*] Jahnius: *habeas* BP.

Suetonio quoque hanc Augusti epistolam prae oculis fuisse licet colligi ex eiusdem, quem proferimus, loco (fr. XLIX), qui ostendit etiam quam aegre Augustus remissam mollem tumidam unguentisque delibutam Maecenatis elocutionem tulerit quamque libenter eam irriserit. Superest enim, inter Maecenatis scriptorum reliquias, carminis ad Horatium inscripti fragmentum, quod cum Augusti de qua agimus epistula similitudinem quandam habet: *Lucentes, mea vita, nec smaragdos,* | *beryllos neque, Flacce mi, nitentes,* | *nec percandida margarita quaero* | *nec quos thunica lima perpolivit* | *anulos neque iaspios lapillos.* Cfr. Martial. *epigr.* V 11.

XLVIII. 2-3 *a te cupio abducere* Nannius, *te cupio abducere* AD, *te cupio adducere* C (ut videtur) E Muretus | 5 *iuvabit* E Nannius.

LI. 5 *hypographa*] ς: *hypografa* R *hipografia* B | *quolibet* R | 6 *mitteret* Bς: *mitteretur* R.

Parvula ea tantum servata sunt Augusti ad Vergilium litterarum fragmenta; quarum quanta fuerit crebritas, veterum scriptorum testimonia contestantur (Tac. *de orat.* 13; Claudian. *carm. min.* XL; *ep. ad Olybrium* v. 23, p. 252 Koch), sed multo graviorem testem Vergilium ipsum producere possumus, cuius ex litteris ad Augustum Macrobius (*saturn.* I 24, 11) haec refert: *ego vero frequentes a te litteras accipio,* et infra: *de Aenea quidem meo, si mehercule iam dignum auribus haberem tuis, libenter mitterem. Sed tanta inchoata res est, ut paene vitio mentis tantum opus ingressus mihi videar: cum praesertim, ut scis, alia quoque studia ad id opus multoque potiora impertiar* » e quibus colligi licet frequentius litterarum cum Augusto commercium in id cecidisse tempus, quo praeclarus ille poeta Aeneida exorsus, cum multorum aliorum, e quibus Propertius non dubitaverit sic praedicare: *cedite Romani scriptores, cedite Grai:* | *nescio quid maius nascitur Iliade* (III 32 v. 55 sq.), tum in primis

Augusti animi intentionem moverat eumque adeo cupiditate Aeneidos legendae incenderat, ut quamvis tum in bello adversus Cantabros gerendo occupatus esset, vel inter arma *supplicibus... mitteret*. Quod circa annum 729/25 factum esse affirmari potest, cum elegiam illam Properti, ubi poëma praenuntiatur Iliade maius, brevi post annum 728/26 scriptam esse, e Corneli Galli nuperrime mortui mentione (v. 91 sq.) effici liceat. — Verba *hypographa* et *colon* graece in Augusti litteris scripta fuisse, veri est simillimum.

LII. 1 *uiris* A | *tanquam* CDE | 2 *enim* om. E, *e* (reliqua fol. lacer. perierunt) D | 3 *voluit* C | *ut si* D | *valitudinem* Aς.

LIII. 1 *habeam*] *hal* (rell. item perierunt) D | *poteris memoriam* E | 2 *nam*] N (rell. perierunt) D | *coram fieret*] *coret* C | 3 *a me tui*] *amictui* E | *mencio* CE | 3-4 *neque – quoque* om. C | 3 *tu*] *t* (f. l.) D | 4-5 *ἀνθυπερηφανοῦμεν* corr. Nannius: *ανεπερεφανουμεν* ACDE, *ἀνθυπερφρονοῦμεν* Muretus.

Nullum est dubium quin Septimius iste idem sit ad quem Horatius carmen VI libri II miserit quemque in IX epistula libri I Claudio Neroni commendaverit.

LIV. 2 *veteris* (corr. m. 1) C | 4 *nobis* multo recentiore manu in E supra scriptum.

LV. 1 *Onysius* ABD, *onisius* E, *onisius* vel *misius* C, *Dionysius* Muretus, *Onesimus* Gläserus | 2 *ut excusantem* Reifferscheid: *ut accusantem* libri, *ut non* (*ne* Lambinus) *accusem brevitatem* Nannius, *ne accusem te* Casaubonus, *ut accusem te* Bentley, *ut a causante* Roth | *consilio* D (corr. m. 2) | 4 *sed si* B | 5 *quo* Salmasius, *cum* ABCDE, *ut* ς | 6 *ὀγκωδέστατος* emend. Nannius; *ογκωδηστατος* A, *οτκωδηστατος* D, *οτηωκηστατος* C, *ωτκωανστατως* E, *οἰκωλήστατος* Muretus.

Onysius iste libertus Horati fuisse videtur vel potius servus tabellarius.

LVI. 1 *preterea* E | *sepe* CE | 2 *putissimum* Lambinus | *penem* Muretus: *pene* ACD, *pęne* E, *poenae* Nannius | 3 *homuntionem* ACDE | *apellat* ACD.

LVII. 3 *et quod* Y^1N, *et* rel., *ut* Bentley, *et* [*ut*] Bücheler | *diurnos* Nς | *commentario* M | 4 *coetum* XN | 5 *L. Vinicio* ed. Basil. 1533, *l. uicinio* (*–no* V^1R) MGVY *lucinio* fere X.

Vinicium istum eundem fuisse Augusti convivam et conlu-orem, de quo supra dictum est (ad fr. XXI) cum Borghesi *Oeuvres complètes* II p. 313 sq.; V. p. 126 sq.) tum Pauly *Real-Enc. d. class. Altertumswiss.* VI 2 p. 2628) iam statuerunt. Quamquam nihil certi affirmari potest, hoc tamen probabile videtur, id, de quo Suetonius loquitur, factum esse priusquam ulia, Augusti filia, pessime se gerere coepisset aut eius saltem ravi mores vulgo innotescerent, prius igitur quam Tiberi uxor fieret (a. 743/11): quod probari confirmarique videtur Suetoni verbis, qui Vinicium clarum decorumque iuvenem modo appellat, e quibus colligi licet eum nondum honoribus incla-ruisse.

LVIII. Nemini mirum videbitur Augustum litterarum stu-diosum persaepe Atticum consuluisse, veteris historiae scien-tissimum antiquitatisque amatorem et diligentissimum cultorem (Corn. Nep. *T. Pomp. Att.* XVIII; cfr. Drumann-Groebe, *Geschichte Roms* V, Leipzig 1912, p. 86 sqq.) eiusque litteris, quas compositissimas et clarissimas Cicero dicit (*ad Att.* VI 9, 1), valde delectatum esse. Cum Atticus supremum diem anno 722/32 obiisset, illum litterarum usum viguisse licet colligi inter Atticum iam senem et Augustum, cum adhuc triumvir esset.

LIX. Pompeius Macer iste aliunde nobis prorsus ignotus est: hoc unum aliqua probabilitate affirmari potest, eum in bi-bliothecas publicas ordinandi cura M. Terentio Varroni Reatino successisse, qui cum a dictatore id munus accepisset (Suet. *Caes.* 44; Isid. *Orig.* VI 4), septuagenario maior ab Antonio pro-scriptus fuerat (a. 711/43): cfr. Schanz, *o. c.* I II p. 422 sq.

LX. *nos* om. AM | *necapolim* CD | *fluctum* AM | *caecu* M². Parvulum id fragmentum ex epistula sumptum esse videtur, in qua cuiquam vel suorum vel amicorum de itinere quodam, quod itum in Siciliam fuisse reditumque ex insula coniecit Weichert, Augustus scripsisset. Utrum autem illud epistulae fragmentum aliqua necessitudinis ratione cohaereat cum fr. XLVI ex epistola ad Antonium sumpto, quae quidem itineris narrationem continuisse videatur, immo eiusdem fortasse iti-neris, an cum fr. L ad Vergilium epistulae, ubi Neapolis quidem urbs commemoretur, minime diiudicari potest.

LXI. Augusti eas fuisse epistulas procuratori suo rescribentis pro certo haberi potest.

LXV. 5 σπεῦδε βραδέως] = x: lac. rel. om. X | CTIEYΔE Z CΓIEYΔE B BPAΛEΩC (. Z) ZB | 6-7 *industria ce**leritas* X *sceleritas* Q pr.

LXVI. 2 Graeca spatio perexiguo rel. om. X, lin. una rel. O, lin. dim *Π Hic deē grecū in exemplari* in margine π | 4 *dispicitur* N | 6 *die quinte* (*quintae* XO *quinto* Q pr.) libri et sic per sqq separatim ap. G. | 8 *etiam* om. Q | *Augustus*] *Augustus memoriarum veterum exequentissimus* (de Favorino sic. c. 12, 9 n,edd. vett. | 9 *que* suprascr. B, om XOΠ | 10 *pluris fariam* QZ *pluris|phariā B, pluriphariū Π.*

LXVII. 2 *ei fregit*] *effregit* ΠR.

LXVIII. 9 *bacelum* Erasmus | 9-10 *et pro pullo* Sς (vulg.), *aut pullum* (et tum *gallinaceum*) Bentley, *ut pullum* Roth, *caput aut pullum* Becker, *aput pullum* Ihm, *et* [*apud*] *pullum pulleiaceum* Castiglioni | *pullaceum* ed. Ald. 1516 al.

2.

LXIX. 5 μέμψασθαι Paris. 1681, Paris. 1682, Vratisl. 14, Laur. LXX, 33 | 6 ὑφ' αὑτοῦ Mendels., ὑπ' αὐτοῦ libri.

a. 714/40. De Julia, femina pudicitiae laudibus insigni, filia L. Julii Caesaris cos. a. 664/90, sorore L. Caesaris cos. a. 690/64 uxore M. Antonii Cretici, matre M. Antonii triumviri, vide Münzerum apud Pauly-Wissowa, *Real-Enc.* X 1 p. 892 sq. — L. Cocceius Nerva pacem inter M. Antonium et Octavianum Caesarem conciliavit a. 714/40, quae Brundusina est dicta cuius pacis praemium consulatum habuit anno sequenti 715/39 quem gessit suffectus cum P. Alfeno Varo. Iterum exorta inter M. Antonium et Caesarem dissensione, una cum Maecenate aliisque ad pacem iterum conciliandam missus est, quae Tarentina est dicta: cfr. Horat. *sat.* 5, v. 27 sqq. ad eumque locum Porphyr. et Acron. comment.

LXX et LXXI. a. 716/38.

LXXII. a. 718/36.

LXXIII. a. 722/32.

LXXIV. Supplementa, quibus nihil adnotatur, primi editoris sunt | 8 lapis habet ἀποβαλῖν | 9-10 in lapide: συνκαταφλεγέτας | 11-12 in lapide ὑπέδιξαν | 14 sqq. supplementa Dittenbergeri sunt. Waddington suppleverat: συνέ|[γνων ἀτυχήματα] ταῦτα πάσης τειμῆς καὶ χάρι|[τος καὶ εὐνοίας ὄντας ἀξί]ους ὑμᾶς πε-[πονθέναι]; in quibus recte animadvertit Dittenberger cum alia offensioni esse tum verbi συγγιγνώσκειν significationem a vulgari usu alienam.

Haec epistula ab Augusto cos. III ad Mylasenses scripta est anno 723/31, cum post pugnam Actiacam Sami consedisset (Suet. *Aug.* 17). Devastationes et incendia, quae commemorantur, ad Labieni Parthorumque incursionem anno 714/40 factam spectare, valde est probabile. Labienus enim cum Syriam et Asiam devastaret, inter alias, urbem Mylasensium, quibus Hybreas ut fortissime resisterent persuaserat (cfr. Strab. XIV 2, 24), magnis adflixit calamitatibus. — Ediderunt Lebas et Waddington, *Voyage archéol.* III 441; Froehner, *Inscript. grecques du Louvre* n. 72 p. 157; Viereck, *Sermo graecus*, Gottingae 1888 n. 6 p. 7; Dittenberger, *Sylloge inscriptionum graecarum* [3] II, Lipsiae 1917, n. 768 p. 456.

LXXV. Quamquam Flavium Josephum, rerum Judaeorum scriptorem, haud multa fide dignum esse constat, epistulas tamen Augusti ab eo memoriae traditas minime praetermittendas iudicavimus, quod nisi genuina Augusti verba continent, genuinam tamen eius indolem spirare videntur. Ad Norbano Flacco, Asiae proconsuli, epistulam scribendam, hae Augustum causae impulerunt. Judaei qui in Asia et Libya Cyrenensi vitam degebant, cum a Graecis omni vexarentur ratione iniuriisque afficerentur, adeo ut sacra quoque spoliarentur pecunia, cumque nullum Graecorum crudelitatis finem invenirent, legatos ad Augustum istis de rebus miserunt. Qui et edicto Judaeis (Joseph. *ant.* XVI 6, 2 (vide supra p. 45 sq.); cfr. Th. Mommsen, *Res gestae divi Augusti*[2] p. x adnot. 1) ut suis legibus et moribus uterentur concessit, et epistulam hanc ad Norbanum misit (a. 725/29), ne Iudaei pecuniam Hierosolyma mittere prohiberentur.

LXXVI. 1 δε .... ρον: δὲ [τὸ δεύτερον] coniecit Viereck, qui nihil inter ρον et Μυτιλ[ηναίων] excidisse suspicatus est | 4 ὑγιαίνω suppleverat Cichorius: recte Viereck ὑγίαινον; nam

eadem verba in ep. LXXIV reperiuntur: post ὑγίαινον fortasse *Ποτάμων Λεσβώνακτος* addendum esse Viereck admonuit | 7 suppl. Viereck | 9 [καὶ πάντων ὧ]ν κατωρθ. prop. Castiglioni | 12 supp. Viereck: pro φιλοτίμ]ως Cichorius scripserat ἀσμέν]ως | 14 ὑμῶν . . . προαιροῦμαι supp. Viereck | χρόνοις τὸ παράπ]αν con. Castiglioni | 17 [τ]ὸν *Ποτάμωνα* scribendum esse et per se liquet et iam Viereck admonuit.

Hanc Augusti ad Mytilenaeos epistulam — eam enim illius principis aetatis esse ex Crinagorae et Potamonis mentione apparet ideoque nullum est dubium quin ab Augusto scripta sit — primus, quod sciam, Cichorius (*Rom und Mytilene* Leipzig 1888 p. 42 sq.) edidit, deinde Viereck (*Sermo graecus* n. 31 p. 53); inter annos 727/27 — 729/25 eam scriptam esse inde effecit Cichorius, quod Augustus in expeditione aliqua fuisset (cf. v. 3 μετὰ τοῦ στρατεύματος) quam Cantabricam solam intellegi posse contendit, eiusque sententiae omnino Viereck consensit. Mytilenaei enim cum Augusto honores decrevissent, legatos ad eum, qui tum bellum in Hispania gerebat, miserunt, in numero quorum haud dubie Crinagoras fuit, de quo vide: A. Hillscher, *Hominum litteratorum Graecorum ante Tiberii mortem in urbe Roma commoratorum historia critica* in « Jahrbücher für classische Philologie », 18 Supplementband 1892, pp. 421-425; O. Ribbeck, *Gesch. d. röm. Dichtung*[2] p. 9 sqq. Quibus benigne receptis Augustus has ad Mytilenaeos litteras scripsit, per quas iis gratias egit. — De Potamone Alexandrino videre poteris quae E. Zeller (*Die Philosophie der Griechen*[4] III 1 Leipzig 1909, p. 639 sq.) atque A. Hillscher (*o. c.* pp. 395-397) disputaverint.

LXXVII. In fine epistulae ad Chios proconsulis Asiae, Antistii Veteris successoris: quoniam vero duo fuerunt Augusti temporibus Antistii Veteres, qui ad consulatum pervenerint ideoque Asiae proconsules fieri potuerint, alter cos. suff. a. 724/30, alter, illius filius, a. 748/6 consul ordinarius, hunc esse intellegendum demonstravit Waddington, *Fastes prov. Asiatiques* 103, 63, quem Dittenberger secutus est: cum autem decem fere annorum intervallum inter consulatum et proconsulatum Asiae esse soleret, Antistius a. 756/3 vel 757/4 hanc provinciam administravit. — Octavum consulatum gessit Augustus a. 728/26.

Epistula reperta est Chii in Palaeocastro, in rudi saxo, quod in versuum fine data opera fractum videtur. Ediderunt: Boeckh, *C. I. G.* 2222 e Vidua aliisque; Dittenberger, *Sylloge*³ II n. 785.

LXXVIII. 4 *διαχειμάσειεν* Bernardakis: *διαχειμάσειν* libri. a. 733]21.

LXXIX. Supplementa Mommseni sunt.

Anno 1890 in ripa sinistra Tiberis « *nei lavori per la sistemazione del corso urbano del fiume e precisamente in via Civitavecchia, nell'area dove sorsero le case del signor Adriano Bosi e del conte Luigi Primoli* » (F. Barnabei, *I Commentarii dei ludi secolari augustei e severiani scoperti in Roma sulla sponda del Tevere presso S. Giovanni dei Fiorentini*, in *Monumenti antichi pubblicati per cura della Reale Accademia dei Lincei*, vol. I, 1892, p. 601) reperta sunt fragmenta lapidea commentariorum ludorum saecularium, qui imperante Augusto anno 737/17 C. Furnio C. f., C. Iunio C. f. Silano cons. celebrati sunt, quorum antea notitiam subministraverant oraculum Sibyllae, ad quod facti sunt, servatum apud Zosimum (*hist.* II 6), deinde carmen tum cantatum ab Horatio compositum, tum actorum fragmenta quaedam (*C. I. L.* VI 877), item nummi quidam in eorum ludorum memoriam proximis annis cusi, denique quae de iis rettulerunt Augustus ipse in monumento Ancyrano (XII 36, 37) et Fasti Capitolini et testimonia Zosimi (*l. c.*), Censorini (XVII 11), Suetoni (*Aug.* 31), Dionis (LIV 18). — Fragmenta reperta diligentissime edidit atque descripsit Th. Mommsen (*Commentarium ludorum saecularium quintorum qui facti sunt imp. Caesare Divi f. Augusto Trib. Pot. VI* in *Monumenti antichi* I, 1892, p. 617 sqq.). Incipiunt acta quae supersunt ab epistula (v. 1-23) Augusti ad collegium XV virum data, qua ludorum futurorum dies et ratio determinantur. Cfr. F. Blumenthal, *Ludi saeculares*, in « Klio » XV (1918) pp. 217-242.

LXXX. Ediderunt Conze Tab. XV n. 4; David n. 32; *Inscr. graec.* XII 2 p. 119 n. 531. Epistula Augusti v. 12 incipit, sed perquam corrupta est nec quando nec qua de causa scripta fuerit pro certo affirmari potest: hoc unum e verbis *αὐτοκράτωρ τὸ - -καιδέκατον* (v. 2-3) effici licet eam non ante annum 742/12 scriptam fuisse, quo anno imperium XI Augusto oblatum est.

LXXXI. Cum Syllaeus Arabs, Obodae regis Arabiae Nabataeae procurator, Romam profectus falsis criminibus versute subdoleque Herodem apud Augustum insimulasset, hic deceptus, ira atque indignatione motus, ista Herodi scripsit (c. a. 744/10).

LXXXII. Haud ita multo post accidit ut Nicolaus Damascenus, Romam ab Herode (Ioseph. *antiq.* XVI 9, 4) missus, Syllaeum apud Augustum accusaverit callidissimaque oratione adeo principis animum moverit, ut hunc eorum poeniteret, quae calumniis inductus duriora Iudaeorum regi scripsisset. Renovata igitur per Nicolai artes inter utrumque pace atque amicitia, litteras quas Herodes Romam de Alexandri et Aristobuli filiorum insidiis miserat, benigne Augustus accepit eique, quae Ioseph. *antiq.* XVI 11, 1 refert, rescripsit (c. a. 746/8).

LXXXIII. 20 προήχθη⟨ι⟩: sic Dittenberger, qui intellexit manifesto indicativum esse, perperam addito iota muto: προηχθῆι Dubois.

Haec Augusti ad Cnidios epistula in domo privata oppidi Astypalaeae reperta est: praemisit scriba Astypalaeensis anni eponymum et mensem, cuius nomen Lampsacenorum, Chiorum, Magnetum Λευκαθεῶνος (Λευκαθιῶνος) similis erat. — Cum Augustus potestatem tribuniciam duodevigesimam a kalendis Iuliis anni 748/6 suscepisset consulatumque duodecimum a kalendis Ianuariis anni 749/5, cum vero hic designatus dicatur hanc epistulam sub finem anni 748/6, inter comitia consularia et kalendas Ianuarias scriptam esse apparet. — Primos tres tituli versus edidit Boeckh (*C. I. G.* II n. 2493); totam epistulam primus edidit Ross (*Inscr. graec. ined.* III n. 312 p. 54) sed ex exemplo mendoso atque lacunoso: plenius accuratiusque descripsit M. Dubois (« Bulletin de correspondance hellénique » 1883 p. 62: *Lettre de l'empereur Auguste aux Cnidiens*); ediderunt posthac Viereck, *Sermo graecus*, n. IX p. 9 sqq.; Dittenberger, *Sylloge*[3], II n. 780 p. 464 sqq. — Th. Mommsen *Röm. Gesch.* V. p. 325 adnot. 1 rem ipsam de Eubuli nece nullo allato argumento a. 741-2/13-2 gestam dicit: sed errorem aliquem subesse manifestum est.

LXXXIV. Ediderunt, imagine photographica adiecta, W. H. Buckler et D. M. Robinson, *Greek Inscriptions from Sardes*

in « American Journal of Archaeology » XVIII (1914) p. 324. Lapis duodecim inscriptiones (versus 139) continet sub hoc titulo: τὸ κοινὸν | τῶν ἐπὶ τῆς 'Ασίας | Ἑλλήνων καὶ ὁ δῆμος ὁ Σαρδι|ανῶν καὶ ἡ γερουσία ἐτίμησαν Μηνογέ|νην 'Ισιδώρου τοῦ Μηνογένους τοῖς ὑπογεγραμμένοις. Epistula Augusti secundum locum obtinet atque versus 22-27 complectitur. Cum Augustus consulatu undevicesimo ornatus dicatur, epistulam circa kalendas Julias anni 749/5 scriptam esse effici licet.

LXXXV. a. 755/1.

LXXXVI. 2 *huc* post *mihi* add. Gertz | 3 *moratur. ut adhuc* A corr. vulg.

AD LIBELLOS

XC. 2 *mortes* Modd. | 3 *de filia* ΠRP^2ST, *filia* MGV$L^1$$P^1$, *filiae* Q, *ut de filia* L^3 | 6 *deneganda* MG.

XCI. a. 741/13.

XCII. a. 761/8. Hac quoque in re Iulii Caesaris exemplum Augustus secutus est, quem Suet. *Caes.* 41, 2 ait candidatorum partem dimidiam (dimidia populo relicta) edidisse per libellos, circum tribus missos scriptura brevi: *Caesar dictator illi tribui. commendo vobis illum et illum, ut vestro suffragio suam dignitatem teneat.*

XCIII. a. 765/12.

XCIV. a. 766/13.

AD DIPLOMATA

XCV. 3 *nisi si* M, *nisi* rel. | 5 *ut*] *et* R, *ut et* L*P*S | 6 *deflabat* corr. in *deflaebat* (i. *deflebat*) M, *deflebat* (*defie* -T) XY, *delebat* G, *deflabat* vel *difflabat* Lipsius, *elevabat* Heinsius, *deridebat* Ernesti, Polak.

AD EDICTA

XCVI. E papyro Berl. Mus. 628 verso (*Griechische Urkunden*) edidit primum M. Gradenwitz; tum Scialoja, « Bullettino del-

l'Istituto di diritto romano», 9, 1898, p. 184; Dareste, «No velle Revue historique», XXII 1898 pp. 691-693 et *Nouv. étud d'hist. du droit*, 1902 pp. 206-207; Riccobono, *Fontes iu Romani anteiustiniani*, n. 50 p. 251 sq.; iterum Gradenwi in septima editione Brunsii *Fontium iuris Romani antiq* (Tubingae 1909) p. 239 n. 69; emendatius edidit M. Wilcke *Grundzüge und Chrestomathie der Papyruskunde* I (Leipzig 191 n. 462; postremo P. F. Girard, *Textes de droit romain*[5] (Paris 192 pp. 172-173, quem secuta sum. — A. 714/40-717/37.

1-2 Dareste: papyrus habet: *ex... ter recitasserit* | 4 Wilck legit *consultor*, «qui apparaît comme une corruption du derni terme indispensable du titre des triumvirs *rei publicae const tuendae*» (Girard): antea editores omnes *consul ter* habeba ideoque edictum ad a. 723/31 referebant | 5 *ti*]: [*comi*]*ti*[Gradenwitz; [*exemp*]*ti* Dareste; [*vec*]*ti*[*galibusque*], si per spatiu liceat, Castiglioni | 8-9 *qui* [*sunt qui*]*que* coniecit Mommsen; ms *qui sec. que erunt*; Wilcken: *qui sec*[*um*]*que erunt* | 16 Darest ms.: *parentes* [*c*]*on*[*iu*]*ges* | 17 ms.: *quem... otum*; Gradenwitz: *que* [*atm*]*otum* | 18 Dareste: *imm*[*u*]*nes e*[*t*] *in*[*tacto*]*s* | *iura*] Darest Scripsit homo latini sermonis minus peritus.

XCVII. E lapide marmoreo, quem muro insertum Vena a. 1846 invenit, primus edidit Mommsen in «Zeitschrift f geschichtliche Rechtswissenschaft» 15 (1848) pp. 287-3 (*Ges. Schr.* 3 pp. 75-97); postea ab Henzeno ex gypseo lapid ectypo suppletum prodiit in annalibus Inst. archeol. Rom. 18 p. 6, imagine photographica adiecta: a. 1876 Mommseno r gante lapis e pariete extractus est et adservatur adhuc i aedibus Januarii Nolae. — Venafrum, quod oppidum fu Samnitium, colonia ab Augusto deducta est: aquaeductum a eodem ibi extructum esse eique ius hoc edicto constitutum e aliis Venafri repertis inscriptionibus Mommsen demonstravi — *C. I. L.* X 4842; Dessau, *Inscriptiones latinae selectae* 574 Riccobono n. 61 pp. 316-18; Bruns, *Fontes iuris romani antiqu* p. 249 sqq., n. 77; Girard, *Textes de droit romain*[5] p. 186 sq

A. 737/17-743/11 — 26 *causa* excidit in lapide, ins. Momms 51 *potestatemve*] immo *potestatemque*.

XCVIII-CII. Edidit nuperrime e stela marmorea, quae Cyren in foro reperta est, illustravitque, imagine photographi

adiecta, G. Oliverio, *La stele di Augusto rinvenuta nell'agora di Cirene*, in « Notiziario archeologico » (*Ministero delle Colonie*) IV (Roma 1927) pp. 15-67. Edidit ea post Oliverium vertitque germanica lingua Fr. Ebrard, *Die fünf Edicte des Augustus über Reichsverwaltung und Rechtspflege*, in « Philologische Wochenschrift » XLVII (1927) n. 39, pp. 1193-1198, n. 40 pp. 1226-1232. — Edicta XCVIII-CI (a. 747/7-748/6) ad rem iudiciariam pertinent maximique sunt momenti ad declarandum qua ratione Graecos Cyrenaicam provinciam incolentes Augustus administraverit; edicto autem C (a. 750/4) imperator cognoscendum praebet senatusconsultum de pecuniis repetundis C. Calvisio Sabino L. Passieno Rufo eodem anno perfectum, quod in eadem stela subscriptum est.

Scripsit homo litterarum non satis peritus neque diligens: litteras enim quasdam perperam addidit (eas, ut delendas, acutis uncis circumdedi); alias omisit (eas rotundis uncis supplevi, quadratis autem, ut solet, quae in lapide abrasae sunt); in aliis scribendis lapsus est (XCVIII 5 *ηΔικιας* pro *ἡλικίας*, 8 *απΟΛυραντο* pro *ἀπωδύραντο*, 12 *τιμΟριαν* pro *τιμωρίαν*, 18 *μηΛενα* pro *μηδένα*, 19 *μηΛε* pro *μηδέ*, 29 *εΔηται* pro *ἕληται*, 34 *Ακατερου* pro *ἑκατέρου*; CI 10 *ΕλληνΛς* pro *Ἕλληνες*, 11 *εΣ ἐκ.* pro *ἐξ ἐκ.*); neque certam scribendi rationem secutus est: tum enim *η* tum *ι* pro *ει* adhibuit (XCVIII 5 *διναρίων*, 7 *πρεσβῆαι*, 4, 15, 48 *ἐπαρχήα*, 35 *τρῖς*, 42 *ἐπὶ*, 44 *ἐνλίψειν*; CII 10 *πάσχιν*, etc.); tum autem *ει* pro *ι* (XCVIII 5 *δισχειλίων*, 43 *ἀτειμωρήτους*, 46, 51 *πολειτῶν*; C 10 *γείνομενα*; CI 5 *διαγεινώσκειν* etc.); *ι* adscriptum saepe omissum est (XCVIII 11 *τρόπω τούτω*, 27 *αὐτῶ*, 48 *ἐν τῆ* etc.).

CI 3 *κατὰ* (*τὴν*) *Κυρηναικήν* Castiglioni, coll... XCVIII 3, 15, 16, 48; IC 8; C 2.

CIII. 3 *appellabat* P R P^2ST, *appellat* rel., *appellavit* Salmasius.

CIV. 2 *president idem* (*presidenti dein* G) MGV, *presidens idem* Y, *presidens identidem* P^2OST (recte LP^1).

CV. 3 *et* Bentley, *est* *Ω* (in S supra scrip. m. 1), om. Nς, *ex* mavolt Castiglioni | 4 *ad illorum velut exemplar* GQN, *illorum velut ad ex.* ς, *ad illos velut ad ex.* Casaubonus; <*normam*> suppl. Oudendorpius, <*vitam*> Bücheler | 5 *aetatum* codd. praeter $M^1L^1O^1$ (*-tuum* P^1).

CVI. Cfr. Suet. *Aug.* 56, 2: *eisdem praetextatis adhuc assurrectum ab universis in theatro et a stantibus plausum gravissime questus est*: ubi item per edictum eum id fecisse veri est simillimum.

CVIII. 3 *orationesque* (*–q*: M, *–quae ΠR*) MVY, *orationesq*; G, *orationes* X | 5 *a*] *ad* M, *ab* Roth (*non a se primo* om. T).

CIX. 2 Hardy *Asiam* pro *Anniam* legendum censuit: Mommsen autem *Achaiam*: at O. Cuntz (*Zum Briefwechsel des Plinius mit Traian*, in « Hermes » LXI, 1926, pp. 202-205) *Andaniam* emendandum esse coniecit edictumque ad parvam eam Messeniae urbem referendum, cum Augustum ipsum in Peloponneso a. 733/21 moratum esse constet. Cfr. autem U. Wilcken, *Zu den Edicten*, in « Zeitschift der Sav. St. für Rechtsgeschichte » 42 (Weimar 1921) p. 134.

CX. « *Wahrscheinlich erlassen bei seinem Besuch der Provinz in Jahre 20 v. Chr.* » Wilcken ibidem.

CXII. 3 *agros* om. *P* | *sumpsisset sed et adsignavit B*; *sumpsit et adsignavit* coni. Thulin | 4 *coloniam B* | *pertineat*] *P*, *ad B* | 5 *sint P*.

AD DECRETA

CXIII. 8 *ἐθισμοῖς*] *θεσμοῖς* codex Palatinus Gr. Nr. 14 bibliothecae Vaticanae saeculo nono vel decimo scriptus; codex Vaticanus, Gr. Nr. 984 exaratus anno 1354 | 10 *ἱερά*] *χρήματα* add. Ernesti | 12 *ἐν σάββασιν*] *τοῖς σάββασιν* codex Ambrosianus F 128 saeculi fere XI; codex Mediceus bibliothecae Laurentianae plut. 69 cod. 10 saeculi fere XV | 16 *ἐνεχθῆναι*] *ἀνενεχθῆναι* Cobetus | 20 *τῷ γενηθέντι*] *τῷ* om. Ambrosianus.

Quo tempore datum sit, adfirmari minime potest: at certe ante a. 752/2.

AD ORATIONES

CXVII. 7 *deficeret* X | 9 *absumeret* S²ς, *assumeret* (*ads–* VPS¹) rel. (*Ω*) | 11 *scriptos* ς, *scriptis Ω*, *in scriptis* ς, *de scripto* Modd. | 14 *phonaisco* M*Y*, *–nusco* G.

CXVIII. 4 *foetoribus* M, *fẹt-* GVPQ | 7 *ubibus* G (om. g) *verbis* L²Tς (vulg.) | *addere neque*] *adereque* G (om. g).

CXXVII. 1 *περὶ ἐννέα*] *περὶ ἕνδεκα* maluit C. Müller: at vide proleg. p. XXIX adn. 3 | 3 *ἐν τοιᾷδε ἡλικίᾳ*, <*ἧ*> *καὶ τοῖς ἀνδρᾶσι* Castiglioni.

CXXXII. 3 *potest* (sc. *retundere*) *et* Gronovius, *prodest et* Schelle, *pro sua parte* coni. Müller, *pro re nata* Schmidt.

CXXXIII. 2 *Καῖσαρ* add. Viereck.

CXLVI. 1 *ne* <*quid*> Polak | 5 *et Y*, om. rel.

CLI. 3 *ac*] *et* X.

CLII. 1-2 *de his quae — — pertinent* Lachmann, *denique — — pertinens P* | 2-5 seclusit Thulin praeeunte Schmidtio, quod ad controversiam de locis publicis pertinerent | 2 *quod P*, *quid* Lach. | 5 *publico P*, *populo* A, Lach. | 7-8 *urbani — destinatum* seclusit Thulin, eundem, qui v. 2-5, interpolatorem addidisse iudicans | 7 *urbanae urbani* Turneb. (edit. princ. Paris. a. 1554), *urbani urbani* A, *urbanae P* | 8 *fuerit* A, *fuerat P* | 9 *ratione* A*P*, corr. Goes. (edit. a. 1674) | *divus Augustus P*, *divi* $\overline{aa}$ $\overline{\overline{gg}}$*A* | 11 *quarum* A*P*, Mommsen (« Hermes » XXVII 116 = *Ges. Schr.* V 120), *quoniam* Lach. cum Rudorff. | 13 *extrima* A | *absignationis P*.

AD OPERA GEOGRAPHICA

CLV. 2 *orbem cum* cod. Leidensis Vossianus (?), Broteri Parisina 1779 | 3 *urbi* veterum ante Gelenium lectio, revocata ab Harduino; omiser. cod. Parisinus Latinus 6795 altera manu correctus, cod. Vindobonensis CCXXXIV | *propositurus* Gelenii editio Basileensis 1554, *-ros* libri manu scripti.

CLVI. 3 *descriptionemque* cod. Florentinus Riccardianus altera manu correctus, Parisinus Latinus 6797, Vindobonensis CCXXXIV | 5 *fieret* cod. Vaticanus Latinus 3861 altera manu correctus, cod. Leidensis Lipsii n. VII, Vindobon.; *fle-* Detlefseni editionis Berolinensis vol. I 1866.

AD OPERA HISTORICA

1.

CLXIV. Hoc fragmentum ex Augusti commentariis fluxisse cum Peter (*Hist. Rom. rell.* II p. 54) tum ceteri viri docti, qui hac de re disputarunt, censuerunt. — Cfr. Vell. II 59, 2; Nic. Dam. *de Aug. inst.* 2.

CLXV. 3 alterum *et* om. Agobardinus | *Octauianum* coni. Wissowa | 6 *norant* Gelenii ed. | *in Vitellius comm.* Agobard. ed. Gangnei (*in Vitellii* coni. Rigaltius) emendavit G. Voss. *ad Vell.* II 59, 1; perperam *illius* Ed. Schwartzium *Herm.* 33 p. 209 ad Ciceronem retulisse H. Peter iudicavit.

Cfr. Suet. *Aug.* 94; Plut. *Cic.* 44; Dion. Cass. XLV 2, 1; Th. Zielinski, *Cicero im Wandel der Jahrhunderte*³, Leipzig 1912, p. 277 sq., 286.

CLXVI. a. 710/44. Ex Dione hauriens idem Zonaras (X 12) tradidit, sed summa, quam Dio memoriae prodidit, et ipsius Augusti auctoritati in monumento Ancyrano (c. XV: *plebei Romanae viritim HS trecenos numeravi ex testamento patris mei*) repugnat et ceterorum rerum scriptorum testimoniis (Nic. Dam. 17; Suet. *Caes.* 83; Plut. *Ant.* 16; *Brut.* 20; App. *b. c.* II 143), qui in numero prodendo cum monumento Ancyrano consentiunt. Vide Mommsen, *Res gestae divi Aug.*² p. 60. Hanc discrepantiam viri docti vario modo explanare conati sunt: vide: Ed. Schwartz, *Die Vertheilung der römischen Provinzen nach Caesars Tod*, in « Hermes » XXXIII (1898) p. 208 adnot. 4 (cfr. Pauly-Wissowa III 2, Stuttgart 1899, p. 1710); Drumann-Groebe, *Gesch. Roms* I (Leipzig 1902) p. 73; potior tamen coniectura mihi videtur quam Blumenthal protulit (*o. c.* « Wiener Studien » XXXV p. 115 sq.).

CLXVII. 1 *urbis* codex Leidensis Lipsii n. VII (F); cod. Florentinus Riccardianus (R); cod. Vindobonensis CCXXXIV (*a*) | 2 *templo Caesaris* Vaticanus Latinus 3861 correctus ab altera manu | 3-4 *iudicatus – multo* om. F, R, Parisinus Latinus 6795 (E, *a*; *multum* excerpta quae Robertus Crickladensis saeculo XII in usum regis Henrici II composuit ex omnibus Naturalis Historiae libris (o) | 6 *in gaudium* om. o | *in – prodit is* om. Pollinganus Latinus 11301 a. 1459 in Italia scriptus (p) | *in* libri, Sillgii editionis vol. I Hamburgi et Gothae 1851; *id* Leidensis a manu altera saec. XII correctus (F²); post *in* lacunam Mayhoff indicavit, qui haec fere excidisse opinatus est: *vitae suae memoria* vel *commentariis* | *prodidit* F², vulg. | *is* R, o, Mayhoff; *iis* vulg.; *his* F, Parisinus Latinus 6797 s. XIII (d) | 7 *meorum* E, o, p, vulg. *eo-* reliqui codices | 8 *caeli quae sub* correct. cod. Florent. Riccard. (R²), E (?) vulg. |

10 *et* om. p; *ex a*; *et ab* o | *e* F, f (codex Chiffletianus, quem eundem ac codicem F esse censet Detlefsen), R^2, H (Harduini editio Parisina (1685) 1741); om. reliqui codd. vulg. | 13 *insigne* R, d, vulg. *-ni* reliqui codd.

CLXVIII. 5 *quasi lemniscis, radiis* vel *quasi lemniscis* vel *fasciis* Thilo; *quasi lemnicas cactis* Laurent. plut. 45, Lemon.; *quasi lemniscatis* Daniel; *quasi radiis lemniscatis* Heinsius; *quasi lemniscis* Masuicius | 11 *Vulcatius* Masuicius; *vulcanius* Lemon.

CLXVII-CLXVIII. Utrumque fragmentum ad eosdem ludos, quos Augustus mense Iulio anni 710/44 i. e. primo, quo Apollonia Romam venerat, anno edidit, pertinet. Servii locus nos docet rem, quam Plinius ipsis Augusti verbis prodit, in secundo commentariorum libro relatam esse. Nullum est dubium quin Suetonius (*Caes.* 88) ipsius Augusti narrationem sub oculis habuerit. Cfr. Sen. *nat. quaest.* VII 17, 2; Plut. *Caes.* 69; Dio. Cass. XLV 7, 1; Iul. Obseq. *de prodigiis* 68. Vide: Gardthausen, *Augustus und seine Zeit* I I p. 54; II I p. 24; Peter, *Die Epochen in Varros Werk De gente populi Romani*, in « Rheinisches Museum » LVII (1902) p. 243 sq. Testimonia et nummorum et scriptorum veterum, quae ad stellam crinitam pertinent, iam collegit C. Pascal, *Il culto di Apollo in Roma nel secolo di Augusto*, in *Studi di antichità e mitologia* (Milano 1896) p. 56 sq.; de Augusti verborum significatione vide eundem Pascalium (*La deificazione di Augusto* in « Rendiconti del R. Ist. Lomb. di sc. e lett. », serie II vol. XLIV 1911 p. 442 sq.).

CLXIX. a. 710/44. Ex hoc sicut e sequenti fragmento effici licet Augustum de sua cum Cicerone necessitudine in commentariis scripsisse atque maximi praeclarum illum virum a se habitum esse demonstravisse, ut a criminationibus ob eam rem sibi illatis se defenderet eiusque foedissimam mortem, quae omnium indignationem fletumque moverat, in Antonium transferret.

CLXX. a. 711/43. Schwartz (*o. c.* « Hermes » XXXIII p. 218) ex Augusti sermonibus id sumptum esse censuit; sed probabilius cum Weichert tum Peter e commentariis ductum existimarunt: cfr. App. *b. c.* III 82; Dio. Cass. XLVI 42, 2; Drumann-Groebe, *Gesch. Roms* I p. 239 sq.

CLXXI. a. 711/43. Cfr. Vell. II 65, 2; Liv. perioch. CXIX (p. 111 ed. Rossbach, Lipsiae 1910), Drumann-Groebe, *Gesch. Roms* I p. 244; IV 271.

CLXXII. 5 *e*] *et* M, *ex* G | 7 *oculos* et tum *effusos* M (*effusis* Heins.) | 9 *admissum* Y.

a. 711/43. Hoc fragmentum exemplum praebet quam studiose Augustus inhumanitates crudelitatesque, quibus primis vitae publicae temporibus saevierat, coloraverit vel mutaverit et ficta specie posteritati tradiderit. Appianus (*b. c.* III 95) Augusti haud dubie auctoritatem secutus est. Vide quid hac de re Drumann (*o. c.* I p. 248 adnot.) et Blumenthal (*o. c.* « Wiener Studien » XXXV 1913 p. 280) iudicaverint.

CLXXIII. 4-5 *καταβάλλοντες* vulg. em. Schaefer | 7 *σερτωρίου* codd. quidam.

a. 712/42. Vide: Gardthausen, *o. c.* I ɪ p. 166; Drumann-Groebe, *Gesch. Roms* I p. 281. Quod Plutarchus ex Augusti commentariis hauriens narrat, in priore Philippensi proelio accidisse ipse in vita Antoni 22 confirmat. Idem testatur Appianus (*b. c.* IV 110). Cfr. Suet. *Aug.* 13; fusius 91. Idem fere quaedam suo more exornando Valerius Maximus (I 7, 1) narrat. Cfr. Lact. *div. inst.* II 8; Vell. II 70, 1; Oros. VI 18, 15 Flor. II 17, 9; Dio. Cass. XLVII 41, 3. Perperam, sicut admonuit Peter (*o. c.* p. 59), laboravit Weichert ut haec testimonia inter duas Philippenses pugnas divideret: vide quae hac de re copiose disputaverit Blumenthal (*o. c.* « Wien. St. » XXXV 1913 p. 281).

CLXXIV. 3-4 *εἰ μὲν ξένος ὢν*] *εἰ μέν σοι ξένῳ ὄντι* coni. Mendelssohn | 10 *σοι*] cod. Monacensis Gr. 374, Venetus Marcianae 387: *τοι* omnes fere ceteri codd. vulg. | 15 *ὀργήν*] *ὁρμήν* cod. Monac. | 22 ⟨*ὅμως*⟩ *ὡς* coni. Stephanus | 30 ⟨*ταῦτα*⟩ *γενέσθαι* coni. Mendelssohn | 36 ⟨*τῶν*⟩ *τὰ κτήματα* coni. Nauckius | 40 *διέβαλλες*] *διέβαλες* cod. Vat. Gr. 134 | 42 *κεκράτηκας* cod. Monac. Gr. 374, Vat. Gr. 134; *κεκρατήκασιν* omnes fere ceteri codd. | 44 *νικήσαντα* Monac. Vat., *νικῆσαι* omnes fere ceteri codd. | 46 *μέν* addidit Mendelss. | 48-49 *πρότερον ἐφρόνησα περὶ σοῦ καὶ νῦν φρονῶν ἔτι* Nauck | 51 *συμβουλεύω*] *συμβουλεύσω* codd. meliores, vulg. | *τήν* ante *σήν* om. codd. quidam | 54 *κωλῦσαι*] *κολάσαι* Vat. Gr. 134 | 59 *τίνυσθαι* cod. Laur. LXX 33, *τίννυσθαι*

ceteri, vulg. | 66 ὄντι] ὄντα libri, em. Schweighäuser | 70 βλάψαι] libri βλάψειν, em. Mendelss. | 71 μοι om. Mon. Vat. | 74 ἔδωκα libri, em. Schweighäuser | 75 προσῆκον delevit Musgravius | 78 ἐμαυτοῦ libri, em. Nauck | 79 τῶν ὑπομνημάτων ⟨τῶν Καίσαρος⟩ Mendelss. | 84 καὶ ⟨τῆς⟩ βραχυλογίας maluit Mendelss. | 85 ἑκατέρων] ἑκατέρου coni. Mendelss.

Ad Perusiam captam (a. 714/40) hic locus pertinet, quem iniuria Schwartz (*o. c.* « Hermes » XXXIII p. 209) ex commentariis publicis desumptum statuit, cum per se liqueat, sicut Peter admonuit, Appianum commentariorum scriptoris nomen non adiecisse, quod facile ab omnibus intellegi posset: idemque haud dubium Blumenthal (*o. c.* « Wien. St. » XXXV p. 283) censuit. Quin etiam hoc fragmentum docet Augustum in commentariis suis, Caesaris exemplum imitatum, ne orationibus quidem carere voluisse ideoque L. Antonium victum miraque a victore clementia tractatum, cum hoc loquentem longiore induxisse oratione seque illi brevius respondentem. Appianum autem quaedam, praesertim in Luci oratione mutavisse et verisimile est et ex iis, quae de difficultate e latino in graecum vertendi sermonem addit, effici licet.

CLXXV. a. 717/37. Hoc in commentariis Augustum scripsisse per se liquet. – Scriboniam, L. Scriboni Libonis cos. 720/34 sororem, qui socer fuit Sex. Pompeio (App. *b. c.* V 53; Dio Cass. XLVIII 16, 3) uxorem duxit Augustus a. 714/40, nuptam ante duobus consularibus, qui fuisse videntur Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus cos. 698/56 atque P. Cornelius Scipio cos. 716/38 (vide Drumann-Groebe, *Gesch. Roms* IV p. 308), ideoque iam grandiorem aetate, cum ipse tum tertium et vigesimum annum ageret; eamque in matrimonium duxit non amore motus, sed consilio, quo facilius Sex. Pompeium sibi amicum redderet viamque ad pacem faciendam pararet (App. *b. c.* V 53; Dio Cass. XLVIII 16; Tac. *ann.* II 27; Propert. V 11, 55). Anno post Iuliam filiam illi Scribonia genuit: attamen eodem anno Augustus, vehementi in Liviam amore flagrans, cum ea divortium fecit, pertaesus eius morum perversitatem, ut ipse scriptum reliquit, Liviamque Drusillam, Livi Drusi Claudiani filiam, a matrimonio Tiberi Neronis tum praegnantem abduxit eamque postea unice ac perseveranter dilexit (Suet. *Aug.* 62; cfr. Drumann-Groebe IV p. 308 sq.; II p. 158 sq.).

Tribus post mensibus Livia puerum Drusum peperit, unde ille versus vulgatus est: *τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία* (Suet. *Claud.* 1; cfr. Dio. Cass. XLVIII 44); quem puerum Augustus modo natum patri reddidit, ut communi de adulterio suspicioni sane occurreret suaeque consuleret famae; vide Dio. Cass. XLVIII 44; cfr. Gardthausen, *o. c.* I II p. 1018 sqq.; Baring-Gould, *The tragedy of the Caesars*, London 1897, p. 165 sqq. Utrum Augustus revera perversitate Scriboniae morum impulsus cum ea divortium fecerit, an id ementitus sit suo in Liviam amori obsecutus, diiudicari non potest: absurdum tamen est Scriboniae impudicam et dissolutam filiae vitam crimini tribuere, maxime cum haec adolescentiam in domo patris transegisset; neque illi crimini dari potest quod filiam in exili solitudinem secuta sit, quod magno in filiam amore atque commiseratione effectum esse potest.

CLXXVI. 2 *καὶ* om. cod. Vat. Gr. 134, Candidi translat., recte | 7 *συνέγραφεν*] *συγγέγραφεν* coni. Mendelss. | *ὡς δ'*] *ὡς δὴ* vel *ὡς καὶ* vel *ὅς καὶ* Schweighäuser | 8 *ὡς* aut transponendum aut delendum censuit Mendelssohn.

CLXXVII. a. 719/35. Id Augustus memoriae tradidit, quo maiorem in Antonium invidiam excitaret: turpe enim atque ignominiosum erat quod a duce romano legiones iussae fuissent apud barbarorum reginam excubare eique dicto audientes esse.

CLXXVIII. a. 723/31. Haec sine dubio in commentariis Augustus scripsit: numeros autem ab eo mutatos esse, quo splendidior ipsius fieret gloria, veri est simillimum, cum iam compertum habeamus historicae diligentiae minime Augustum in commentariis obtemperasse: cfr. Drumann-Groebe, I p. 354 sqq.; IV p. 291.

CLXXIX. 1 *quadam Y* (vel *quondam* supra scriptum R) | 4 *partemque* GYT | 7 *cessaret* ς, *cesserat* Ω | 8 *perseverasset* MX[1] | *posset* V, om. L, *post se* ς.

Plew, *o. c.* p. 109 e breviario totius imperii id Suetonium sumpsisse censet, cum pertineat ad sterilitatem anni 759/6: sed potior est Peteri opinio id e commentariis sumptum esse.

CLXXX. Commentarios ab Augusto sui excusandi atque defendendi causa scriptos esse, hoc quoque fragmentum ostendit. Vide Blumenthal, *o. c.* « Wien. St. » XXXV 1913, p. 114.

CLXXXI. 1 *mensala tradidit* M | 5 *quendam* XΠR.
Augusto procul dubio crimini data est amicitia et societas hominum quorundam, qui eius dignitate honestateque indigni viderentur. Ad demonstrandum Augustum neminem sine diligenti delectu ad coenam invitasse Suetonius testimonio utitur Valeri Messalae Corvini, clarissimi eius aetatis viri, Augusti amici. — De Mena isto vel Menodoro, de quo disputavit Weichert (*Poet. lat. rel.* p. 443) vide sis Gardthausen, *o. c.* I I p. 246 sqq.

CLXXXII. Cfr. Suet. *Aug.* 92.

CLXXXIII. 2 <*ut*> *pro* Casaub. | 3 *non*] *quae non* et tum *excepta* et *edita* Y^1.

CLXXXIV. 2 *vix*] *orationem esse* Y^1.

CLXXXIII-CLXXXIV. Haec in commentariis Augustum scripsisse, cum de avunculo loqueretur, veri simile est.

CLXXXV. 2 *satti* vel *sacti* vel *sati* libri; *Attici* Beroaldus.
Hoc fragmentum, quod Peter quoque inter commentariorum reliquias edidit, docet Augustum excusare conatum esse miseram Corneli Galli poetae mortem (a. 728/26), quae ipsi crimini dabatur. Vide: C. Pascal, *Caratteri ed origine della « nuova poesia » latina nel periodo aureo*, Torino 1890, p. 51; O. Ribbeck, *Geschichte der römischen Dictung*², Stuttgart 1900 p. 183; Schanz, *Gesch. d. röm. Litt.*² IV, München 1911, p. 205 sqq.

2.

CLXXXVI. 2 *exculpsisse* X.

3.

CLXXXVIII. 1 *ac*] *e* ς.

4.

CXCII. 2 *aprilis* GXY | 5 *se* om. V, *sex* ς | 9 *sextante* Y et in marg. V, *sextam* MGX^1 (cfr. *Tib.* 23) | 12 *liberosque eius tres*

sexus virilis] A. Macé, *Essai sur Suétone*, Paris 1900 p. 131: « *Suétone, dont le style est dégagé, se serait-il jamais de lui-même avisé d'une pareille périphrase pour dire filios? non: il transcrit évidemment ici une circonlocution d'Auguste, méticuleux comme un tabellion* » | 14 *tribulibus* Lips. | 19 *perduxit* G, *produxitque* Πς | *vicies setertium* Perizonius.

CXCIII. 2 *atrox*] *sinistra* ΠQ et pro verbo lacuna R. Cfr. Mon. Anc. 14; Mommsen, *o. c.* p. 52 sqq.

CXCIV. 2 *et*] *qui* Stephanus, *cum* Bentley, *cum et* Oudendorpius, *ut* Smilda, *ut qui* P. Thomas | 4 *inter tercios* Y, *intertios* (*-cios*) rel., *in tertiis* (et tum *extraneis*) Bentley | *e* ed. Rom. II, *ne* Ω, *ex* Stephanus | *partes extra* GX (L^2) | 5 *nuncuparit* Stephanus | *legato* (om. *que*) Torrentius, *legato quoque* Ernesti | 6 *prosecutus sit* Stephanus, *sit pr.* (*sit* pro nota HS) Bentley.

CXCVI. 1 *augustū* (vel *augusta*) cod. Neapolitanus IV A 8 olim Bobiensis; corr. cod. Neapolitanus IV A 9.

CXCVIII. 1 *de tribus* Y.

CCII. 2 *esset* ΠRS^2T, *essent* rel.

CCVII. 1 *mitiorem* ς, *rectiorem* Polak | *ne*] *nec* XN, *neque* S^2 | 4 *omisit* (*obm-*T) RL^2S^2TN, *emisit* rel. (Ω).

Ex Augusti praescripto tamquam *secundum Augusti exemplum* interpretatur Castiglioni neque ullum pondus in eiusmodi verbis inesse existimat.

AD INDICEM RERUM GESTARUM

I 9 [EO *nomi*NE] ex Antiocheno Ramsay-Premerstein; [*propter quae*] Mommsen[1], Bormann, J. Schmidt, Diehl; [*ob quae*] Mommsen[2]; [*quas ob res*] Wölfflin[1], Gottanka[1-2] | 11 *et* add. Ramsay-Premerstein, spatii ratione habita: item *καί* in Graeca versione | 13-14 suppl. Bergk, Mommsen; *res p.* — *pro*[*videre iubens*] Bormann, J. Schmidt; *n*[*e quid acciperet da*MNUM, *tum a me*] *pro praetore... pro*[*viden*DUM *censuit*] Ramsay-Premerstein, coniectura partim falsa, partim dubia; cfr. Lundstroem, 'Eranos' XXV, 179. Fort. *n*[*e quid detrimenti caperet, tum me*] Castiglioni, qui coniunctionem aliquam cum iis quae praecedunt aegre desiderari censet | 16 [*consul uterque ceci*]*disset* Bormann[2]; [*consul*

